optima: ꝛ iſta eſt vita glie. Si queratur
quare dicatur optima. Reſpondet̄: quia
pma vita. ſ. nature deperditur per mor-
tē. Item vita gratie pōt deperdi p pec-
catū mortale: ſed vita glorie non: q̄ ex q̄
aīa intrat paradiſum eſt ita ↄfirmata ꝙ
eſt impeccabilis: ergo vita eſt optima er
go paulus ait. Optimū eſt eīn grā ſtabi
lire cor. Ad Heb. xiii. Ecce tres partes
vite humane. Uirgo autē maria habuit
vitam nature corporalē: q̄ ſm aliquos
doctores. xl. annis vixit. Epiphanius
dicit ꝙ vixit. lxxij. Habuit etiā vitā gra
tie ſpiritualis ſuper omnes creaturas.
Sed non fuit contenta de his: ſed quoti
die petebat vitā glie: ꝛ deſiderabat eſſe

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

cū filio in vita glie: ad quā hodie aſſum
pta eſt. Et de illa vita dicit thema. Opti
mā partē ꝛc. Bonā vitam tenuit. Melio
rē cuſtodiuit: ſed optimā elegit. Nō au-
dite: qꝛ ꝑ vnā queſtionē quā vos facitis
volo cōprehendere materiā predicandā
qñ queritis quō eſt ad ꝓpoſitum thema
ſeu euāgelium hodiernū ad v̄ginem ma
riam: cū non loquat̄ niſi de beata maria
magdalene ꝛ martha: ergo videt̄ imper
tinēs ꝛ impropꝛie dictū hodie. Sꝫ rñdē-
do ad iſtā queſtionē videbitis ꝙ erit to
ta materia hodierna i iſto euāgelio. Di
co eñ ꝙ ſi volum⁹ recipe euangeliū ho-
diernū ſm intellectū naturalē: nō eſt ad
ꝓpoſitū: ſed ſi volumus ipſum recipe iu
xta intellectū allegoricū ſm quē ipſuꝫ re
cipit eccl'ia hodie: non eſt euangeliū ma
gis ꝓpriū v̄gini marie in tota biblia: qꝛ
tota vita v̄ginis marie in eo ꝯprehendit̄
Nā ſcḋm euāgeliū ad l'ram dicit tria de
ſctā martha. ſ. de vita actiua ſua: ꝛ dixit
alia tria de maria magdalena. ſ. de vita
ꝯtēplatiua. Sed iuxta itellectū allegori
cū tāgit ſex v̄tutes v̄ginis marie glorio
ſiſſime. ¶ Pꝛimū qḋ euangeliū tangit de
btā martha ꝛ dicit. Intrauit ieſus i qd-
dā caſtellū: ꝛ mulier qdā martha noie ex
cepit illū in domū ſuā. Ecce pm̄ū op⁹ vi
te actiue btē marthe circa chꝛiſtū. Sed
allegorice. Ecce ꝯceptio filij dei: qꝛ tūc i
trauit ieſus caſtrū hui⁹ mūdi rebellis ad
ſibi illō ſubiugādū. Et mulier qdā mar-
tha. i. dña. ꝛ q̄ ē maioꝛ dña q̄ v̄go maria
q̄ excepit eū in domū ſuā. ſ. in vterū v̄gi
nalē. Tria ſunt declaranda ꝛ notanda.
Pꝛimū q̄re iſte modus dicat̄ caſtruꝫ.
Scḋm que mulier recepit chꝛiſtum.
Tertiū in qua domo ipſum recepit.
¶ De pm̄o notandū ꝙ mundus iſte dr̄
caſtrū ꝓpt̄ ꝯditiōes ꝛ q̄litates caſtri in-
expugnabilis q̄ ſunt ſeptē: oīa iſta erāt
in caſtro rebelli hui⁹ mundi. Pꝛimū opꝫ
ꝙ caſtrū ſit in alto ſitum. Sic iſte mūd⁹
alte ſitus eſt ꝑ ſuperbiam maximaꝫ. Jō
dauid loquēs de habitatoribus hui⁹ ca
ſtri dicit. Supbia eoꝝ q̄ te oderūt aſcen
dit ſemp. Scḋo ꝙ ſit in circuitu bñ mura
tum. Sic caſtrū hui⁹ mūdi erat muratuꝫ
ꝑ auariciā muro ꝺ terra: qꝛ auari nō ap
petunt niſi terrena. Tertio ꝙ ſit bñ valla
tum. Sic caſtrū hui⁹ mundi erat vallatū
in circuitu ꝑ luxuriā: qꝛ ſicut in valle ꝓ-
funda ꝯgregant̄ immundicie: ſic de pec
cato luxurie multe corruptiōes ꝯgregā-
tur ꝛc. ꝓpter qḋ dicit Aug. Uidēs deus
tantā labem corruptiōis in humana na
tura fere. i. ꝑ modicum deſijt incarnari.
Quarto ꝙ de victualib⁹ ſit bñ ꝓuiſum.
Sic caſtrum mūdi erat bñ ꝓuiſum ꝑ gu
lam. Ad philip. iij. Quoꝝ de⁹ venter eſt
ꝛc. Quinto ꝙ ſit bene ſitum in colle pe-
troſo inexpugnabili. Sic caſtrum mūdi
erat bñ ſitum: qꝛ etiā erat inacceſſibile ꝑ
inuidiam: qꝛ ſi aliquis requirat̄ de pace
dicet. Cuꝫ quo faciā pacē: ꝑ corpus meū
ego dabo ſibi. ſ. meo inimico innuere tā
tum vellet genus meū: vt ſuū ꝛc. Ecce ca
ſtrum altum: vnde ait ſapiēs. Contēpla
tus ſum oēs labores hoim ꝛ induſtrias
animaduertit patere inuidie pximi. Ec-
cl'e. iiij. Sexto ꝙ ſit bñ ordinatum de ar
maturis ad defendēdū. Sic mundus de
armaturis per iram. Septimo ꝙ ſit poſ
ſeſſum a pſonis fidelibus. Sed erat op-
poſitum qꝛ nolebāt moueri in operibus
penitēñalib⁹ ꝛ meritorijs. Uidēs de⁹ re
bellionē hui⁹ caſtri dixit. Opꝫ ꝙ ego ꝑ-
ſonal'r vadam ad faciēdum bellum. Et
in die incarnationis intrauit ieſus i qd-
dā caſtellū. i. mūdū ꝛc. De iſto caſtro al
legorice dixit ieſus diſcipulis ſuis. Ite i
caſtellū. ſ. expugnate ipm̄ bōbardis pre-
dicationis: qḋ contra vos eſt. Matt. xxj.
Et mulier quedā martha nomine. Mar
tha interpretat̄ domina. Nulla eſt dña
celi ꝛ terre: niſi regina angeloꝝ v̄go ma-
ria q̄ recepit illū in domū ſuā. ſ. in vterū
v̄ginalē. De iſta domo cātat eccl'ia. Do
mus pudici pectoris tēplum repente fit
dei: intacta neſciens viru: verbo cōcepit
filium: qñ. ſ. dixit. Ecce ancilla dñi. Luc.
j. Tūc recepit illum in domū ſuā. Pꝫ er-
go quō pm̄a pars euāgelij facit ꝓ virgi
ne maria. Moral'r hic nota. Nā magna
excellētia fuit v̄ginis marie: qꝛ in domo
ſua recepit filiū dei. In hoc ſibi aſſimilā
tur qui hodie cōicāt qꝛ ſicut ipſe venit in
vterum virginalē. Ita propꝛie venit in
hoſtiā ꝯſecratā: ꝛ pfecti⁹ recipimus nos
ipſum q̄ꝫ virgo maria: qꝛ ipſa recepit eū
moꝛtalē ꝛ paſſibilē: ꝛ nos immoꝛtalem ꝛ
impaſſibilē: ipa ſolū ſemel: nos aūt ſepe
Dicat̄ hic ꝓ informatiōe populi quō de

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
*Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.*

bet hō eligere decē vel duodecim feſta pncipalia ad cōicandū. Unde cōtra illos q̄ nō cōicāt ⁊ nō recipiūt eū dicit̄. In propria venit ⁊ ſui eum nō receperūt. Quotquot autē receperūt eū dedit eis ptātē filios dei fieri: his qui credunt i noīe ei⁹. Jo. i.

¶ Scdm opus vite actiue beate marthe oſtēdit cū dicit euangeliū. Martha autē ſatagebat circa freq̄ns miniſteriū. Nam qū xp̄s fuit i domo marthe: tunc ſcōm thē ti martha currēdo p domū: ait ancillis ⁊ ſeruitorib⁹: date panē ⁊ vinū ⁊ cetera neceſſaria p refectione: et tm̄ volebat dn̄o ſeruire. Sz diceret aliqs. Hoc nihil facit ad ppoſitū p v̄gine maria. Rn̄deo verū eſt: non litaliter: ſed immo multum ppie allegorice. Qr ſicut p̄mū opus marthe facit p v̄gine q̄ntū ad incarnationē: ita ſcdm opus facit p v̄gine maria reſpectu ſue puerſationis ad filiū dei poſtq̄ ipm peperit. Dicat̄ quō v̄go maria in etate xv. annoꝝ ipſum peperit: et nō habebat lac. Dicūt em̄ medici ⁊ bene q̄ de eadē radice pcedūt pleos ⁊ lac. Et mulier q̄ nō cognouit hoīem nō habet lac. O dicūt ioſeph ad mariā. Ego vadam ad aliquam mulierē vt det lac puero ⁊c. Sz v̄go maria noluit: ſed flexis genib⁹ vt dicūt doctores deuoti orando dicebat. Pater et dn̄e oīps q̄ hūc filiū mihi dediſtis: vos q̄ oīb⁹ rebus miniſtratis puiſionē aīalib⁹ in terra: piſcib⁹ in mari: date mihi lac p filio vr̄o: ⁊ incōtinēti deus pater de celo miſit ſibi lac. De hoc ē eccl'ie auctoritas q̄ cātat. Neſciēs mater v̄go virū peperit ſine dolore ſaluatorē ſcloꝝ ipm regē angeloꝝ. Solū v̄go lactabat vbere de celo pleno. Ecce quō ipſa ſatagebat vt ſeruiret xp̄o. Itē fuimit ſibi etiā in aliis multis. Nā ſcimus q̄nta ſeruitia faciūt mr̄es filiis in veſtiendo ⁊ ſitib⁹: ⁊ qr nō poterat bn̄ calefieri ppter frigus: poſuit in preſepio vt ab aīalib⁹ calefieret. Itē pectinēdo ⁊ lauādo qū fuit exul in egypto: filādo: ſuēdo puidebat ſibi filio ⁊ ioſeph ſeniori. Itē qū xp̄s ibat ad predicandū v̄irgo maria ſeq̄bat̄ ſermones ſuos. Et cū erant in alīq loco ipſa parabat filio refectionē. Ecce q̄ martha. i. dn̄a ſatagebat circa freq̄ns miniſteriū. Jō cātat hodie eccl'ia in pſona v̄ginis marie. In habitatiōe ſctā corā ipſo miniſtraui. Eccli. xxiiii.

Moralr̄ nota. Nōne videt̄ vobis magna excellētia recipe chriſtū in domo et miniſtrare ſibi. Illā gratiā poteſtis habere p ſimilitudinē ppriā: qr qn̄ amore ⁊ honore chriſti recipitis pauperes ⁊ pſonas bone vite: poteſtis dicere q̄ recipitis chriſtū in domo vr̄a: ⁊ qn̄ datis ⁊ miniſtratis pauperi: poteſtis dicere ego miniſtraui xp̄o. De hoc auctoritas xp̄i. Amen dico vobis q̄diu vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. i. paupibus. Mat. xxv. Et in die iudicii qn̄ chriſt⁹ laudabit miſericordes: dicet. Eſuriui em̄ ⁊ dediſtis mihi mādūcare ⁊c. Rn̄debūt. Dn̄e qn̄ vidimus te eſuriētē. Et rn̄debit. Amē dico vobis q̄diu feciſtis vni ⁊c. Et dare negatiuā paupi eſt dare negatiuā chriſto. Prz ibidē qn̄ chriſt⁹ dicet malis in die iudicii. Diſcedite a me ma. ⁊c. Rn̄debūt. Dn̄e qn̄ te vidim⁹ eſuriētē ⁊c. Rn̄debit illis di. Amē dico vobis q̄diu nō feciſtis vni de minorib⁹ his: nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſuppliciū eternū. mat. xxv. ¶ Tertiū op⁹ vite actiue btē marthe oſtēdit cū dr̄ Martha martha ſollicita es: ⁊ turbaris erga plurima. Ad lr̄az. Btā martha erat multū ſollicita de ſeruitio chriſti: videbat̄ et ſibi q̄ oēs de domo nō fuiſſent ſufficientes. Jō ſollicitabat ancillas: famulos ⁊ famulas ⁊c. Allegorice illud eſt ppie ppriū v̄gini marie: qr ſicut p̄mū opus btē marthe facit v̄gini marie p pcuratiōe: ⁊ ſcdm p puerſatiōe: ita illud tertiū in xp̄i paſſione: in q̄ martha. i. dn̄a fuit ſollicita. O qs poſſet exp̄mere ſollicitudinē ei⁹ et turbationē quā habuit i filii paſſiōe. Primo v̄go maria fuit ſollicita de ſaluatiōe hūani gn̄is: ſed qr ſciebat nō alio mō futurā niſi p mortē ignominioſā filii ſui: turbabat̄ ex maternali cōpaſſione ⁊ erat quaſi iter duas molas: qn̄ vez ipſa cogitabat q̄ nullus hō poterat ſolui a vinculo pctōꝝ nec a cathenis diaboli niſi fili⁹ ſuus ligaret̄ a iudeis ⁊c. Ecce turbatio. Itē ſciebat nullū hoīem poſſe euadere illam durā ſn̄iam dānationis eterne q̄ dabitur in iudicio. Diſcedite ma. ⁊c. niſi filius ſu⁹ chriſt⁹ fuiſſet morti ſn̄iatus. Jō turbabat̄. Itē erat ſollicita ne aliqs ſuſpēderet̄ in furca infernī: ſed qr nō poterat fieri niſi ipe filius ſuus ſuſpēderetur in furca ligni ⁊c. Ideo turbabat̄. Itē

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

erat ſollicita:qꝛ null⁹ poterat ſeparari a
ſocietate diaboli:ſꝫ nō poterat fieri niſi
ꝑus fili⁹ ſu⁹ aſſociaret̄ latronib⁹. Et ecce
turbatio. Itē erat ſollicita vt hoies exu-
les a ꝑadiſo celeſti poſſent itrare.ſ.ecce
turbatio:qꝛ nō poterat fieri niſi ꝑus; fili⁹
ſuus exularet de hierl̄m ꝛc. Itē erat ſolli
cita ꝙ hoies haberēt coronā glīe:ſed ec
ce turbatio:qꝛ filius ſu⁹ ꝑus erat de ſpi-
nis coronād⁹. Itē erat ſollicita:qꝛ hoies
nō poterāt hr̄e vitā eternā:ſꝫ ecce turba
tio vt eā haberēt oportuit filiū ſuū mori.
Pꝫ ꝫ q̄re dr̄. Martha martha.i.dn̄a dn̄a
ſol.ꝛc. Moralr̄ iā audiuiſtis ſollicitudi-
nē ꝛ turbationē ṽginis marie. In hoc ip
ſam imitari debem⁹ qḋ fit ꝑ pniam:in q̄
hō hꝫ ſollicitudinē ꝛ turbationē. Sollici
tudinē:qꝛ ꝑ pniam acq̄rit̄ glīa eterna:ſꝫ
turbationē qn̄ ex ieiunio vel cilicio dolet
ei caput vel ſtomach⁹. Itē ſollicitudo in
diſciplinis vel alijs penis q̄b⁹ euadit di
ſciplinas ꝛ penas īferni:ſed turbatio ſe
quit̄ qn̄ ſentit ī corpe plagas ꝛc. Ois aūt
diſciplina in pn̄ti q̄dē videt̄ nō eſſe gau
dij:ſed meroris:poſtea aūt fructū paca-
tiſſimū exercitaꝫ ꝑ eā reddet iuſticie. ad
Heb. xij. Diſciplina dr̄ ois pn̄ia. Pꝫ hic
tota vita actiua ṽginis marie. Modo vi
deamus de vita ꝯtemplatiua ṽginis ma
rie quam habuit ꝑfectiſſime:et ſignat̄ ꝑ
magdalenā:de qua dicit euāgelium ho
diernū tria. Primū maria ſedēs ſec⁹ pe-
des dn̄i audiebat ṽbuꝫ illius. Ecce vita
ꝯtēplatiua. Modo videamus iſta vtruꝫ
faciūt ꝑ ṽgine maria. Dicat̄ hic quō vir
go maria ſciebat ꝙ ieſus filius ſuus ab
inſtāti ꝯceptiōis habuit tātā ſciam quā-
tam hꝫ nunc in celo. Et iſta eſt doctrina
gn̄alis oim doctoꝝ in theologia. Cogi-
tate ꝫ qn̄ xp̄s fuit ſex vel ſeptē annorum
quō ṽgo maria faciebat ipſuꝫ ſedere in
aliq̄ cathedra:vt dicūt aliqui ſingulares
doctores ꝛ maxie deuoti btē ṽgini:ꝛ ipſa
ponebat ſe ad ei⁹ pedes. Credatꝫ ꝙ chri
ſtus dicebat ſibi ꝙ poneret ſe iuxta euꝫ:
ſed ipſa ex humilitate noluit. Finalr̄ di
cebat ſibi. Fili mi dicatis mihi aliq̄. Rn̄-
debat. Mater placet mihi. Quid vultis
qḋ dicā vobis. Et ṽgo ait. Fili mi deſide
ro ſcire gloriā alaruꝫ btāꝝ:quō ſtabunt
poſt veſtrā aſcenſionē. Utrū erūt ad de-
xtrā veſtrā in celo vel ad ſiniſtrā. Item
vtrū erūt īfra āgelos an ſupra. Et ieſus
rn̄dit. Mater mea:nec ſic erit:nec ſic:ſed
de oibus fiet vna ꝯgregatio:qꝛ tunc erit
vnū ouile ꝛ vnus paſtor. Dicat̄ quō xp̄s
dixit ṽgini ꝙ ſunt nouē ordines ſiue no
uē platee ſm̄ Jo. Apoc. xvj. Pria platea
aſcēdēdo eſt angeloꝝ:ꝛ in iſto ordine col
locabūt̄ penitētes q̄ de pctis ſuis ꝑ opa
pnialia ꝛc. Scḋs ordo eſt archāgeloruꝫ
quoꝝ princeps eſt gabriel:ille mr̄ mea q̄
nunciauit vob̄ meā incarnationē.ꝛ ī iſto
habitabūt miſericordes deuote ꝑſone.
O dixit ṽgo maria:q̄̄ in bono pūcto ſūt
nati q̄ faciūt miaꝫ. Tertia platea eſt ꝑn
cipatuū:ꝛ ſic de alijs reſpice in ſermone
oim ſctōruꝫ:q̄ incipit. Merces veſtra ꝛc.
Cogitate ꝛ rōnabilr̄ q̄ ṽgo maria voluit
ſcire:in quo ordine collocaret̄. Et rn̄dit
ieſus. Mr̄ mea qꝛ vos ſup oēs eſtis di-
gnior:iō ſup oēs eritis collocata ad lat⁹
meū:ꝛ ois tā aīe q̄̄ angeli vr̄o obedient
impio. Ideo cātat eccl̄ia hodie pluries.
Exaltata es ſancta dei genitrix ꝛc. Alia
die perijt a filio de pena ſcire dānatoꝝ ꝛ
ſocietatē quā hn̄t cū demonib⁹. Et ieſus
rn̄dit. Mr̄ mea:ſicut ſunt in celo nouē or
dines angeloꝝ:ita ſunt ī inferno.ix.car-
ceres dānatoꝝ. Et qꝛ mai⁹ pctm̄ fuit ī or
dine ſeraphinoꝝ:iō illi q̄ ceciderūt de illo
ordie ſunt in ꝓfundiori carcere:ꝛ hn̄t ma
ius tormētū intēſum:ꝛ in iſtū carcerē va-
dunt blaſphematores dei. Scḋs carcer
aſcēdēdo eſt illoꝝ āgeloꝝ de ordie che-
rubin:ꝛ ī illū vadūt īfideles ꝛ xp̄iani ī fi-
de dubitātes:preſumptuoſi itellect⁹ ꝛc.
Terti⁹ carcer ē thronoꝝ:ibi collocāt̄ q̄
vſurpāt eccl̄iaſtica bn̄ficia ꝑ ſimoniā ꝛc.
Quart⁹ eſt dn̄ationū:illuc vadunt mali
dn̄i ꝛ iniuſti rectores cōuētū ꝛc. Quint⁹
eſt ṽtutū:illo vadūt vindicatiui ꝛc. Se-
xtus ē ꝑtātū:eo vadūt impatiētes in īfir
mitatib⁹ vel al̄s:ꝛ recipiūt maliciā ꝯtra
deū. Septim⁹ eſt ꝑncipatuū:quo vadūt
crudeles: vſurarij et latrones:et bona
mortuoꝝ retinētes. Octau⁹ eſt archan-
geloꝝ:ad quē vadūt īdeuoti:q̄ nolūt au
dire miſſaꝫ nec ſmonē. Non⁹ ē āgeloꝝ
ꝛ ī eū vadūt īpenitētes. Ecce quō ih̄s de
clarauit mr̄i ſue ea q̄ ſunt in alio mūdo
q̄̄uis euāgeliū hoc nō dicat:tn̄ credēdū
eſt pie. Maria ꝫ ſedēs ſecus pedes dn̄i
ꝛc. O ſi aliquis fuiſſet in illo parlamēto

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

qualis conſolatio ei fuiſſet. Et alia dixit
virgo maria. Fili mi ex q̄ mihi declara=
ſtis gl'iam beatoꝝ ⁊ penā dānatoꝝ: nūc
dicatis aliq̄d de purgatorio. Et ieſ⁹. Im
mo mr̄ mea ex q̄ vult ſcire purgatoriū:
h3 tres carceres ſm̄ tres ꝯditiones pſo
narū ibi pniam ꝯplētiū. Unde in ſmone
defunctoꝝ. Itē alia die dixit de pueris ſi
ne circūciſione decedētib⁹: ⁊ mō ſine ba
ptiſmo ⁊c. Ecce ꝯtemplatiua audire vbū
dn̄i. Ego mō p̄dicādo teneo vitā actiuā
et vā ſtudebā cōtemplatiuā. Et vos qui
deuote auditis ſmonē facitis vitā ꝯtem
platiuā: ergo beati q̄ audiunt vbū dei et
cuſtodiunt illud. Lu. xi. ¶ Scdm op⁹ vi=
te cōtemplatiue beate magdalene eſt q:
q̄n martha erat ſollicita de xp̄i ſuitio di
cebat Martha ſorori ſue: iuuetis me: et
magdalena fecit aurē ſuā ſurdā. Ideo
dixit xp̄o. Nō ex impatiētia: ſ3 dicit glo:
q̄ videbat marthe q̄ oīa de domo non
fuiſſent ſufficientes ad xp̄i ſuitium. Sed
btā magdalena dimittebat actiua ope=
ra vt vacaret ꝯtemplationi. Sic v̄go ma
ria in xp̄i aſcenſione q̄n vidit filiū eleua
ri a terra ⁊ ſentiebat alas ſanctoꝝ: roga
uit filiū vt aſcenderet cū eo. Et xp̄s ſibi
dixit. Mr̄ mea vos p aliq̄d tp̄s tenebitis
locū meū: ꝯſolabimini fratres meos apo
ſtolos q̄ in dubijs ad vos recurrent. Ex
illa die vita beate marie fuit ꝯtemplatī=
ua iſto mō. Nā quolib3 die viſitabat lo
ca ſctā. Primo nazareth in camera vbi fi
liū dei cōcepit: cogitando quō fuit ab an
gelo ſalutata ⁊ ꝯtēplando ſimilia flebat
⁊c. Deide ibat bethleē vbi xp̄m peperit
quo venerūt reges orientis. Deinde ad
templū: vbi. xl. die obtulit eū. Deide ad
locū baptiſmi. Deinde ad deſertum vbi
ieiunauit. Deinde ad locū paſſionis ⁊ ſe
pulchri. Duodecī annis vixit poſt aſcen
ſionē ſm̄ alios. xxiiij. ⁊ quolib3 die viſi=
tauit iſta loca. Queſtio eſt hic cōtra iſtā
viſitationem. q: dicit btūs Ambr. q̄ btā
maria nō erat vagabūda neq3 ad publi
cū veniēs: ſ3 ꝯta domi: amās ſecū habi
tare. Hoc in lib. de v̄ginib⁹. Quō ergo di
cit hiſtoria q̄ viſitabat p̄dicta loca. Cō=
cordātia bona eſt iſta ſuſtinēdo vtrūq3 q̄
iſta viſitatio erat quolibet die vt dicit hi
ſtoria: ſed erat ſpūalis ⁊ ꝯtēplatiua ⁊ nō
recedebat de domo vt dicit. b. Amb. ſed
ibat ſpū. O bn̄dicta pegrinatio ⁊ ſine pi
culo. De q̄ dicit ap̄ls ad Gal. vi. Si ſpū
viuim⁹: ſpū ⁊ ambulem⁹. Dicat̄ ꝯ hoīes
et mulieres: q: pegrinādo frāgūt ſibi col
lum: ⁊ efficiunt̄ peiores: q: aliq̄ñ ies va=
dunt v̄gines forte et caſte. ſ3 redeūt me=
retrices. Dicat̄ de mulierib⁹ eūtib⁹ ro=
mā tp̄e indulgētie ⁊ dormientib⁹ oībus
ſil' in ſtraminib⁹ multe corrūpunt̄ ⁊ vio=
lant̄: et dixit hoſpita magro Uincentio.
Etiam vltra picula corpalia multa ſunt
picula aiaꝝ religioſis ⁊ clericis eūtibus
hierl'3 q̄ nō pñt dicere officiū nec miſſa3.
Iō ſpūalr̄ fiat illa pegrinatio: hodie ⁊ q̄
libet die poteſt3 ire nazareth ad camera3
vbi fili⁹ dei fuit incarnat⁹: ⁊ ſic de alijs
locis. ¶ Tertiū op⁹ vite ꝯtēplatiue btē
Magdalene eſt illō qō dicit ihe. Et op=
timā ptē elegit ſibi maria. Ecce hic hi=
ſtoriam hodiernā. Dicat̄ quō poſt trāſie
rūt. xv. āni ſ3 alios. xxiiij. v̄go ſemel ora
bat di. O fili tot anni ſunt q̄ ſum iter iu=
deos: ⁊ ap̄li ſunt p mūdū diſpſi. iō reci=
piat3 me vobiſcum: ⁊ flebat. Hic xp̄s dat
exēplū deſiderādi padiſu3 i mr̄e ſua: q:
vult q̄ padiſus ardēt deſideret. Nā ſta
ti appuit ſibi āgel⁹ gabriel ſalutās eam
et portās ramū palme ⁊ tāta erat clari=
tas angeli q̄ v̄go eū ſubito nō cognouit
iō petijt ei⁹ nomē. Ramus ille ſiḡbat vi=
ctoriā quā v̄go h̄uit de mūdo p hūilita=
tē. de diabolo p paupertatē: de carne p pu
riſſimā v̄ginitatē. Dicat̄ quō petijt duo
Primū vt ap̄li eēnt i ſua ſepultura. Scd3
q̄ null⁹ diabol⁹ eēt in ſuo obitu. Nō cre
dat' q̄ eos timeret: ſ3 ppt̄ horrorē hoc fe
cit: q: tāta mala facūt: ſicut de rege q̄ nō
pmittit q̄ hō crimioſus vēiat corā eo: nō
q̄ eū timeat: ſ3 eū abhorret. Et v̄go ma=
ria obtinuit q̄ oēs ap̄li ibi ꝯgregabunt̄
vtute diuia. Dicat̄ quō pp̄ls admirabat̄
q̄n ap̄li ab eoꝝ aſpectib⁹ amouebant̄ p
nubē: ⁊ inuenerūt ſe oēs ad portā v̄gis di
cētes adiuicē. Hic ꝯgregauit nos dn̄s. no
ta h̄ bn̄ legēdā. Et ioā. q̄ p̄mo venerat di
xit eis rōnē q̄ ppt̄ obitū v̄ginis marie.
Et paul⁹ ⁊ dionyſi⁹ fuerūt ibi: vt dicit dio
nyſi⁹ ⁊ hierothe⁹. Dicat̄ quō ꝓceſſiona
lit̄ bini ⁊ bini exhibuerūt v̄gini reuerētiā
Primo petr⁹ ⁊ ādreas ⁊c. Et v̄go maria cū
magna leticia recipiebat eos dicēs cuili
b3 ſuitiū qō fecerat xp̄o filio ſuo ꝯpēſe

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

quas paſſi erant: ſpecialiter btō paulo
dicebat. O paule in tali loco fuiſti captꝰ
pro filio meo ⁊c. Et dum ſic loq̄ret̄ ꝟgo
adeſt xp̄s ſalutans m̄rem dī. Aue bn̄di-
cta q̄ vitam ↄcepiſti ⁊ gl'iam iueniſti. Ad
quē ꝟgo. Paratū cor meū deꝰ: paratum
cor meū. In capite libri. ſ. p̄deſtinatiōis
ſcriptū eſt de me vt facerē volūtatē dei
mei. Dicat̄ quō ſalutabat̄ a ſctis āgelis
et beatis q̄ cū xp̄o venerāt: vt dicūt qui
dā. Et q̄ſtio eſt: vtꝝ iſtud gaudiū eſt ma
ius alijs gaudijs. Nā magnū gaudium
fuit annūciatiōis in q̄ facta fuit mr̄ dei:
et natiuitatis: ⁊ apparitionis: ⁊ reſurre
ctionis ⁊c. Rn̄deat̄ ꝑ ſimilitudinē d̄ pul
chra puella ſiue domicella q̄ multū gau
det qn̄ tractat̄ de ea vt habeat virū: ſed
plꝰ gaudet qn̄ deſponſat̄: ⁊ plꝰ qn̄ iā de
ſponſata a ſuo deſponſo viſitat̄: ⁊ plꝰ qn̄
ſponſus mittit ſibi iocalia p̄cioſa: magꝫ
qn̄ ſponſo dat̄ magnū officium in domo
regis: ſuꝑ oīa gaudebit plꝰ: ⁊ ſuꝑ oīa in
die cōiunctionis. De q̄ multū etiā gaui-
ſa fuit ꝟgo maria. Nā de deſponſatione
tractabat̄ in die annūciationis ſiue con
ceptionis filij dei: ⁊ in die natiuitatꝭ ma
nifeſtata fuit. Spōſalia ꝟo in die appa-
ritiōis: in p̄ñtia triū regū. Spōſus ſuus
viſitauit ſponſam m̄rem ſuā in die reſur
rectiōis. Accepit officiū in curia celi em
pyrei in die aſcēſiōis. Miſit p̄cioſiſſima
iocalia in die penthecoſtes. Sꝫ hodie ē
dies nuptiaꝝ qn̄ ſine dolore ⁊ pena tra-
didit aīaꝫ ſuā in manibꝰ filij: ⁊ miniſtri. i.
angeli pſallātes p̄cedebāt: ⁊ ſic ducta ē
ad domū ſpōſi ad gl'iaꝫ ꝑadiſi: nō ſolū in
aīa: ſꝫ xp̄s poſt eā ſuſcitauit: ⁊ i corpe ⁊ i
aīa viuit et regnat ineternū. Ergo opti-
mā p̄tē elegit ſibi maria. Dicat̄ h̄ mora-
liter quō q̄libꝫ dꝫ deſiderare iſtā gl'iam:
nō ſimꝰ vt beſtie q̄ reſpiciūt ſolū terram
ſed deꝰ facit nos rectos vt paradiſuꝫ de
ſideremus. Ideo dauid ait. Quemad-
modū deſiderat ceruus ⁊c.

¶ De aſſumptione. b. vir. M. Sermo. ij.

In ciuitate ſan
ctificata ſil'r requeui. Eccl'ia.
xxiiij. Pōt hoc ꝟbum dicere
aīa qn̄ itrat ꝑadiſuꝫ. In ci-
uitate ſctificata ſil'r requeui. Et maxime
maria. Pro introductiōe ⁊ veniendo ad
materiā p̄dicādā opꝫ declarare que eſt
iſta ciuitas ſctificata. Et dico ꝙ eſt glo-
ria ꝑadiſi. Nō aūt ꝙ gl'ia dicat̄ ciuitas ē
iſta: q: recte ē edificata admodū nobiliſ
ſime ciuitatis hierl'm tp̄e ſalomonis ī q̄
erant tres clauſure aſcendendo. Intra
p̄maꝫ altiorē morabant̄ laboratores ⁊c.
Intra ſcd̄am altiorē ſtabāt nobiles mi-
lites ciues ⁊ pph[illegible]ſone q̄ nō labora-
bant manibꝰ ſuis. Intra tertiā altiſſimā
ſacerdotes ⁊ leuite: ⁊ ibi tēplū erat ⁊ do-
mꝰ regꝭ. Recte illa ciuitas erat edificata
ad modū pilei ſeu mitre pape vbi ēt ſūt
tres corone. Et clauſure figurabāt gl'iaꝫ
ꝑadiſi: vbi ſunt tres hierarchie āgelorū
q̄ſi tres corone. Intra p̄mā ſtāt peniten-
tes digne. i. cū āgelis, archangelis ⁊ p̄n-
cipatibꝰ: q̄ lꝫ peccauerūt: m̄ ꝓ tp̄e redie
runt ad deū ⁊ fecerūt p̄niam ⁊ ↄparāt̄ la
boratoribꝰ: q: labore p̄nie gl'iam dei ha
buerūt. Intra ſcd̄am altiꝰ vadūt ⁊ habi
tāt iuſti p̄ſidētes ⁊ boni p̄lati q̄ nō intra
uerūt ꝑ ſimoniā: ⁊ qn̄ ſunt intꝰ ꝟbo ⁊ exē
plo paſcūt oues. Etiā dn̄i tp̄ales: impa-
tores reges ⁊c. ⁊ cōitatū rectores: q̄ plus
curāt de iuſtitia ꝙꝫ de ꝓprio honore: et
ſuis redditibꝰ ↄtentant̄. Tales vadunt
in ſcd̄am hierarchiā cū p̄tātibꝰ: ꝟtutibꝰ
⁊ dn̄ationibꝰ. In tertia hierarchia. ſcilꝫ
thronoꝝ cherubinoꝝ: ⁊ ſeraphinoꝝ ha
bitant illi q̄ tenuerūt vitā ap̄l'icam ⁊ aſ-
ſiſtūt deo: ⁊ nō curāt de rebꝰ tp̄alibꝰ. Pꝫ
ḡ quō gl'ia ꝑadiſi eſt ordiata vt ciuitas
hierl'ꝫ. Aucto. de hoc. hierl'ꝫ q̄ edificatur
vt ciuitas ⁊c. ps. cxxj. No. cuiꝰ participa
tio eiꝰ in idip̄m. In ciuitate hierl'm non
oēs videbāt faciē regꝭ: ſꝫ ſic nō eſt in ꝑa
diſo: q: oēs ſiue de p̄ma hierarchia ſiue
de ſcd̄a ⁊ de tertia videbūt deū facie ad
faciē. Iō dicit. Cuiꝰ ꝑticipatio eiꝰ i idip̄ꝫ
i. in eādē rē: ⁊ iō dicit ſctificata. i. in ſctita
te ↄfirmata. In hoc mūdo nullꝰ ꝙꝫtūcun
ꝙꝫ ſctūs fuit q̄n peccauerit: xp̄o ⁊ ꝟgine
maria exceptꝭ. Iō iſta eccl'ia militās nō
dr̄ ſctificata. i. ſctitate ↄfirmata. Sꝫ in ꝑa
diſo i illa eccl'ia triūphāti oēs ſunt ſctifi
cati. i. in ſctitate ↄfirmati q: ipeccabiles
ſunt vt ꝟgo maria. Auctoritas. Oīs q̄ re
lictꝰ fuerit i ſyō: ⁊ reſiduꝰ in hierl'ꝫ: ſctūs
vocabit̄ oīs q̄ ſcriptꝰ. eſt in vita in hierl'ꝫ
Eſa. iiij. Aīa q̄ ↄdigne ſatiſfecit de pc̄tis
qn̄ igredit̄ gl'iaꝫ pōt dicere. In ciuitate

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

ſetificata redeui. Et ỽgo maria hoc dicere potuit. Pȝ the. Notaui qnq̃ ꝯditiões in aſſumptione virginis marie ad q̃rum ſimilitudinem ala beata etiam aſcendit propter qđ ala pōt dicere thema p̄dictū In ciuitate ſcti. ⁊c. Non tñ dico ꝙ poſſit ala aſcēdere ad tātā gl̃iaȝ vt ỽgo maria. Prima ꝯditio ſeu ſimilitudo q̄ fuit in virginis aſſumptione fuit cū virgo ardentiſſime deſideraret videre filiū ſuum ⁊ eſſe cū eo ⁊ fleret: xp̄s miſit ſibi angelū gabrielem q̄ ſemꝑ fuit nūci⁹ xp̄i ad matrem et reuerenter eā ſalutauit di. Suſcipe ſalutes a deo. Aue b̄ndicta tēplū dn̄i: archa vite: regina padiſi. Ecce fili⁹ vr̄ vult cōplere deſideriū vr̄m. Ab hic ad tres dies aſcendetis ad eū: q2 iam tota curia paratur ad recipiēdū vos: vñ dicit Alb. ſuper miſſus eſt. ꝙ beata ỽgo p̄ſciuerit morteȝ ſuā et arguit ꝑ locū a minori q2. b. Joan. et ā. b. petro apo. ⁊ plurib⁹ alijs reuelatio fuit facta de obitu eoꝝ: ergo a fortiori. b. virgini q̄ mr̄ fuit dn̄i. Uide in alber. multa pulchra de aſſumptione. No. hic quare dabat ſibi tres dies ad p̄parationem cū virgo ſemꝑ fuiſſet parata ire ad padiſuȝ. Cāti. iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula nō eſt in te. Uerbum eſt ſpūſſancti ad mariā virginē. Quare ergo dedit ſibi tres dies ⁊c. R̄ndeo ꝙ tres dies fuerunt ſibi cōceſſi nō pro ſe: ſed ꝓ aploꝝ et alioꝝ cōſolatiōe. Scđo ꝓ exemplo nr̄o ⁊ inſtructione. Prim⁹ dies erat ꝓ apoſtoloꝝ conſolatione q̄ erant ꝑ mūdum diſpſi in p̄dicatione euangelica cuȝ magnis tribulatiōibus: q2 p̄dicabāt doctrinā tā nouā altā ⁊ nō ampli⁹ auditaȝ. Scđs dies erat ad ꝯſolationē mulieruȝ q̄ iuncte fuerant virgini marie: ſi ſubito ỽgo fuiſſet aſſumpta fuiſſent nimis deſolate ⁊c. Tertius dies fuit ꝓ ꝯſolatione aliquaꝝ virginū quas nutriuerat ad dei ſuitiū ⁊c. Ita iuxta hāc ſimilitudinē ſed ex alia rōne dat de⁹ tres dies p̄parationis aie deuote. Tres dies ſunt opa penitentialia. ſiue ſacramentalia. ſ. ꝯfeſſio: cōio: ⁊ extrema vnctio. Et dicunt̄ dies: q2 in q̄libet ope dat̄ claritas gratie. Primus dies eſt ꝯfeſſio: q̄ maxime in fine eſt facienda: etiā gn̄alis de oībus petis: nō ꝙ ſit neceſſitatis ſed eſt vtilis. Rō: quia cōfeſſiões q̄ fiūt in ſanitate m̄rotice fiūt ſine ꝯtritiōe. Itē q2 eſt dubiuȝ an ꝯfeſſor poterat abſoluere: ſȝ i ſine q̄libet ꝯfeſſor pōt de oīb⁹ abſoluere: ⁊ qñ hō reputat ſe moriturū deſpicit mundū ⁊ hȝ ꝯtritionē. Scđs dies eſt cōio: etiā ſi illa die celebrauerit adhuc eſt cōicandū hoc tñ nō eſt ex neceſſitate faciendū ſȝ de ꝯgruitate. Rō: quia naturalr̄ null⁹ pōt celū aſcēdere. io. iij. Nemo aſcendit in celū: ſcȝ naturalit̄ vel ỽtute ꝓpria. ſed virtute xp̄i opȝ nos aſcendere. io dr̄ viaticū. Miraculū de hugone de ſancto victore qñ in cōione dixit. Aſcēdat filius ad pr̄eȝ ⁊ ſpūs ad deū q̄ creauit illū expirauit ⁊ hoſtia aſcēdit. Terti⁹ dies eſt extrema vnctio q̄ dr̄ dies ꝓpter claritatem gr̄e. q̄ dat̄ ỽtute ei⁹: q2 remittunt̄ pct̄a venialia ⁊ culpe mortalium oblitoꝝ ⁊ aliquātulū de pena ſȝ deuotionē recipientis vt dicūt doctores ſuper. iiij. ſen. Ex iſta rōne allegorice dicit ſcptura. De⁹ hebreoꝝ vocauit nos: vt eamus viā triū dieꝝ in ſolitudinē ⁊ ſacrificemus dn̄o deo nr̄o: ne forte accidat nobis peſtis aut gladi⁹. Exo. v. No. deus hebreoꝝ. i. tranſeuntium iuxta hebraicā interpretationem. ſ. ab hac vita migrantium vocauit nos. ſ. ad gl̃iam vt eamus viā triū dierū in ſolitudine. i. in morte q̄ dr̄ ſolitudo: q2 null⁹ vellet aliū aſſociare nec fili⁹ pr̄eȝ: nec ecōuerſo. Tres ſunt ꝯfiteri: cōicare: ⁊ vngi: q2 i his hō ſacrificat ſe deo. Ne forte accidat nobis peſtis: aut fames ignis. ſ. inferni ⁊ dānatio: aut gladius. i. purgatorij pena. Et tunc ala bīā q̄ ſic fecit pōt dicere. In ciuitate ſcifi. ⁊c. Scđa ſilitudo ſeu ꝯditio q̄ fuit in ỽginis aſſumptiōe: q2 oēs apl̄i ⁊ multi alij ſancti ⁊ ſancte fuerūt in obitu ỽginis marie ꝯgregati legentes in circuitu pſalteriuȝ. Quare hoc cū ỽgo nō īdigebat iſtis. R̄ndeo ꝙ ad exēplū nr̄m: q2 qñ pſona laborat i extremis dȝ hr̄e circa ſe bonas ⁊ ſanctas pſonas q̄ legāt pſalteriū ⁊ xp̄i paſſionē vt ꝯfortēt ſpm̄ reducēdo ad memoriā xp̄i paſſionē: ⁊ tūc neceſſarie mſte aie in illo paſſu pdunt̄ maxie ex p̄ſentia carnalium amicoꝝ. ſ. filioꝝ ⁊c. q2 venit vxor plorando ⁊ retrahit alam a deo. Idē de filijs dī. O miſeri qd faciem⁹ ⁊c. Et tāt⁹ eſt amor pr̄is ſeu matris ad filios: ꝙ tūc cogitabit iſtim⁹ qd erit de iſtis. ſ. filijs. io eſt bōa ꝯſuetudo ne ſint p̄ſētes: q2 multi



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

lꝫ fuerint bone vite: tñ ſunt ex hoc in pe-
riculo. Et ꝑ oppoſitũ multi fuerũt male
vite: qui in fine ex p̄ntia ſanctarum pſo-
narum ſaluant̄. Pꝫ ex hoc moral̄r quare
btā virgo voluit preſentiā ſanctarũ pſo
naꝝ ad exemplũ nr̄m: qꝛ ꝓ ſe nõ indige-
bat. Jō dicit ſcp̄tura. In reqe mortui re-
qeſcere fac memoriā ei⁹: ꝛ cõſolare illuꝫ
in exitu ſpũs ſui. Eccli. xxxviij. No. reqe
ſcere fac memoriā ei⁹: ſꝫ q̄re pl⁹ dicit de
memoria ꝙ̄ de alijs potētijs. Rñſio: qꝛ
p̄ncipalis tētatio diaboli eſt tũc induce-
re ad deſpationē ꝛ p̄ſentat pctā memorie
dicēdo quõ tu potes credere ꝙ tā ḡuia
pctā tibi remittant̄ ꝛ ſaluerꝫ. Si nos taꝫ
nobiles creaturas ꝓ vno ſolo pctõ ſup-
bie dãnauit eternal̄r de⁹ qd faciet vobis
ꝓ mr̄tis. Jō tu q̄ feciſti hoc ꝛ hoc: q̄d erit
de te. Jō eſt neceſſaria paſſio xp̄i ſiue me
moria paſſiõis xp̄i ꝛ ꝯfortatio ſpũs dicē
do recordamini qm̄ de⁹ miſericors eſt ꝛc.
et qñ talis aīa intrat paradiſuꝫ põt dicerē.
In ciuitate ꝛc. Tertia ſilitudo ſeu ꝯditio
fuit ꝙ in obitu v̄ginis marie xp̄s pſona
liter deſcendit de celo cũ om̄i multitudi
ne angeloꝝ ꝛ ſanctoꝝ ip̄m ꝛ mr̄em ſuaꝫ
aſſociantiũ. Si dicat̄. Et quõ poterāt re
cipi in camera v̄ginis. Dicat̄ quõ ange-
li et beati v̄tute gl̄ie hñt poſſe occupādi
et replēdi vnā domũ: ciuitatē ſeu regnũ
intm̄ ꝙ nihil aliđ poterit ibi recipi: tanta
eſt coꝝ v̄tus ꝛ poteſtas: nõ em̄ ſunt circũ
ſcriptiue in loco. Et qñ fuerũt in camera
xp̄s inuitauit mr̄eꝫ: ꝛ vos inuitatis filios
v̄ros ꝛc. dicēs ei. Ueni electa mea ꝛ ponā
in te thronũ meũ: qꝛ ꝯcupiuit rex ſpecieꝫ
tuā. Tũc v̄go ſicut ſine corruptiõe ꝯce-
pit ꝛ ſine dolore pepit ita ēt ſine dolore
in manib⁹ filij aīam tradidit: qꝛ dicit Al
bert⁹ ꝛ in collecta hodierna cātat̄. Nec
tñ mortis nexib⁹ deprimi potuit q̄ filium
tuũ dñm nr̄m de ſe genuit. Et nexus ibi
ponit̄ ꝑ dolore mortis: vt dicit ad longũ
Albert⁹ ſup miſſus eſt. Et angeli incepe
runt cantare. Hec eſt filia hierl̄m ꝛc. Si-
militer de aīa ſctā fit lꝫ nõ in tāto hono
re. Semp em̄ in obitu ſctēꝛ deuote pſone
de celo venit xp̄s oñdēs ſe aīe bone. q. d.
Uenite ad me oēs q̄ laboratis ꝛ onerati
eſtis: ꝛ ego reficiā vos Mat. xi. Ita ꝙ xp̄s
ſemp venit in morte aliq̄ mõ de p̄dictis.
Auctoritas. Si abiero ꝛ p̄parauero vob

locũ: iteꝝ veniā ꝛ recipiā vos ad meip̄m
vt vbi ſum ego: ꝛ vos ſitis. Jo. xiiij. Quā
ta humilitas eſt ip̄i⁹ xp̄i. Nā terren⁹ rex
p̄mittit coq̄nariũ ad parandũ ꝓ ſe ſꝫ rex
celi ip̄emet voluit p̄cedere ad parādum
nobꝫ locũ. Et poſt iterũ veniā gl. ſcilꝫ in
morte. Itē veniũt āgeli etiā parētes ꝛ ſi
lij pui. Dicat̄ qñ laborat i extremis aīa
angel⁹ bon⁹ ſubito ad eā venit vt eā ad
celũ ducat. vñ tũc magnũ eſt gaudiũ i ce
lo: ꝛ q̄libet deſiderat ire ꝛ adducere aīaꝫ
illā: iuxta illđ. Ecce ego dñe mitte me. Et
dixit: vade. Eſa. vi. Idē de filijs paruis
q̄ ſunt in celo: qñ ꝑcipiũt ꝙ eoꝝ pr̄ vl mr̄
ſunt in extremis petũt a xp̄o vt poſſint aſ
ſociare aīaꝫ illā ꝛc. Et vos ploratꝫ in eo-
rũ morte: cũ eēt magꝫ gaudendũ: qꝛ xp̄s
rex recipit filiũ v̄rm ꝛ regina maria filiā
veſtrā ꝛc. Dicat̄ de quadam muliere ad
quā deſcēderũt oēs filij: ꝛ adduxerũt cuꝫ
alijs āgelis aīaꝫ mr̄is ſue i celũ. De iſta
ſocietate dicit ſcriptura. Ecce quõ ꝯputa
ti ſunt inter filios dei: ꝛ inter ſctõs ſors
illoꝝ ē. Sap̄. v. Et ſic aīa põt dicere. In
ciuitate ſanctificata ꝛc. Quarta conditio
quā notaui in v̄ginis aſſumptione eſt ꝙ
in ſuo aſcenſu demones fuerũt ꝛ eā tene
re non potuerunt. Nā magna via ē hinc
vſq; ad celũ ꝛ ibi periculoſus paſſus. Di
cat̄: qñ demones ceciderũt de celo: aliq̄
et pauci deſcenderunt ad infernũ ad cru
ciādũ aīas. Aliq̄ ſunt inter nos ad tentā
dũ: ſed totus cumul⁹ remāſit in aere vbi
ſtabũt vſq; ad diē iudicij ꝛ ſunt tot vt ato
mi. Nā btūs antoni⁹ vidit in reuelatio-
ne ꝙ multe aīe volentes intrare celũ ſiue
aſcēdere: ibi rapiebātur ꝛ ad infernũ du
cebant̄ ſed qñ viderũt demones tantam
ſocietatē ꝛ xp̄m aīaꝫ v̄ginis portantem
fugerũt. Et ad hoc facit ꝓphetia dđ. Ex
urgat de⁹ et diſſipent̄ inimici ei⁹ ꝛ fugiāt
q̄ oderũt eũ a facie eius. p̄s. lxvij. ꝛc. vſq;
in leticia. Sil̄r nõ dico equal̄r de aīa de
uota nā dicere demones potuerunt poſt
ꝙ̄ v̄go maria tranſiuit. Iſti nõ potuim⁹
reſiſtere: ſed decetero videbim⁹ q̄s tran
ſibit. Sed qñ aīa beata aſcendit cũ ſocie
tate angelorum parentum ꝛ amicoꝝ de
mones fugiunt: ꝛ aīa cognoſcit eos q̄ eā
tētauerunt: ꝛ dicet forte. O traditor le-
uiathan tu tētaſti me de ſupbia: ſꝫ gr̄a
dei me iuuit ꝛ feci pn̄iam. Et tu prodi

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



tot mãmona de vſura: furto ⁊ rapina ⁊c. Idẽ de aſmodeo qui tẽtat de luxuria. et belzebub de iuidia Beelphegor de gula. Baalberith de ira. Aſtaroth de accidia. Et ſic aĩa trãſit ⁊ portat̃ ab angelis. Autoritas ad hoc. Factũ eſt vt moreret̃ mẽdicus ⁊ portaret̃ ab angelis: nõ dicit ab angelo in ſingulari i ſinũ abrae. Luc. xvi. Et põt dicere aĩa. In ciuitate ſctifica ta ⁊c. Quinta ſimilitudo ſeu ↄditio eſt ſolẽnitas q̃ virgini marie fuit facta intrãdo celũ empyreũ in qualibet hierarchia: et in quolibet ordine angeloꝝ. Iã videtis ꝙ magnũ feſtũ fit regib⁹ nouiter venientibus in regnũ ſuũ ⁊c. nihil eſt reſpectu honoris in celo nec poſſet lingua explicari: ſed intellectualr̃ ↄtẽplari. Iõ cãtat eccleſia. Exaltata es ſancta dei genitrix ſup choros angeloꝝ ad celeſtia regna. Similiter: nõ equaliter dico de aĩa beata quãdo intrat celũ empireũ ſancti angeli cuꝫ magna leticia recipiunt eã angeli ⁊ ſancti reſpiciũt per feneſtras: ⁊ ibi ſunt palatia corporalia de materia celeſti: ⁊ ſalutãt animã ⁊ gaudent q̃n aĩa intrat: qꝛ pauce intrãt. Et ſicut ſponſa in die nuptiarum vadit tota verecunda ad eccleſiã et ſicut dñ placet ſibi illa verecũdia. Ita tũc aĩa ſctã. Et in qualibet hierarchia cantatur vna melodia cuiuſdã cantilene ↄtinẽs tres verſiculos ſꝫ ꝙ aĩa facit tria vt ſaluetur. Primũ q̃n dimittit pctã et malas ſocietates. Iſtud eſt principium bone vite. Propter hoc in prima hierarchia cantat̃ aĩe trãſeunti. Felix dies: felix hora: felix tempus: felix mora in qua pctã dimiſiſti. Et aĩa facit oĩbus reuerẽtiã dicẽs. Non nobis dñe non nobis: ſed nomini tuo da gloriã. Scdm opus poſtq̃ dimittit pctã accedẽdo ad xp̃m ↄfitẽdo pctã: cõicãdo: audiẽdo miſſas: ſermones. Propter hoc cãtatur ſibi in ſcda hierarchia ſcds verſus Felix dies: felix hora: felix tempus: felix mora in qua xp̃o adheſiſti. Tertiũ opus eſt pſeuerare finalr̃ in bona vita: qꝛ aĩs nihil valeret incipere ⁊c. Iõ in tertia hierarchia cãtat̃ felix dies: felix hora: felix tp̃s: felix mora i qua curſum cõpleuiſti. Et ſic vadit vſq̃ ad cathedrã xp̃i qui de manu ſua coronat eã. Autoritas. Iuſti i ꝑpetuũ viuẽt: ⁊ apud dñm eſt merces eorũ ⁊ cogitatio illoꝝ apud altiſſimũ. Iõ accipiẽt regnũ decoris ⁊ dyadema ſpeciei d manu dñi. Sap. v. Cogitate ſi gaudiũ eſt in celo ſup vno pctõre pnĩam agẽte multomagis pnĩam cõplẽte. Luce. xv. Et põt dicere aĩa. In ciuitate ſanctificata: ſimiliter virgini marie: requieui.

¶ De ſancto Bartholomeo. Sermo.

Vos amici mei eſtis. Ioã. xv. Sicut totum officiũ ⁊ ſolẽnitas hodierna eſt beati Bartholomei: ita etiam erit ⁊ ſermo. Et ſi placet deo habebimus multas doctrinas ad inſtructionem vite noſtre: ⁊ informationẽ aĩarum Sed prius ſalutetur virgo maria cõiter oſtẽditur in eccleſia ⁊ declaratur ꝙ inter oẽs ſctõs qui fuerunt a principio mundi ſunt ⁊ erũt excellẽtiores ⁊ maiores in ſanctitate et magis illuminati fuerunt ipſi apl̃i. Et eſt bona ratio: que eſt iſta. Quiſlibet xp̃ianus indubie credit ꝙ chriſtus eſt principiũ fontale totius ſanctitatis ⁊ perfectionis. Iõ quãto ſancti ſiue precedẽtes chriſtũ: ſiue ſequentes fuerũt xp̃o ꝓximiores tãto fuerũt ſanctiores ⁊ digniores ⁊ excellẽtiores: qꝛ erant iuxta principiũ fontale totius ſanctitatis. Et quia apl̃i ſimul fuerũt cum eo ſtantes comedentes ⁊c. Iõ maiorẽ ſanctitatẽ habuerunt. Dicat̃ hic ordinatio mũdi ſm̃ digitos manus: quoꝝ medi⁹ eſt longior. Cogitetis ꝙ digitus lõgior ſit plenitudo tẽporis in quo deus miſit filiũ ſuum ⁊c. ad Gal. iiij. quia tunc creditur mundũ fuiſſe plenior ꝫ hominib⁹ q̃ vnq̃ fuerit. Et in principio mũdi fuerũt patriarche ſcti ⁊ ꝑfecti deinde ꝓphete. Et qꝛ erant iam xp̃o ꝓpinquiores: ideo ſanctiores: intm̃ ꝙ dixit deus. Ego domin⁹ qui apparui Abrahã yſaac ⁊ Iacob in deo omnipotẽte: ⁊ nomẽ meũ adonay nõ indicaui eis. ſ. patriarchis. Exo. vi. Nota nomẽ meum adonay. i. eſſentie ⁊ ꝓuidẽtie. Et inter ꝓphetas. Ioã. fuit ſanctior: ⁊ fuit circa prĩcipiũ fontale. ſ. xp̃m quẽ digito oſtẽdit: ⁊ ipſum baptiſauit: intantũ ꝙ de eo dixit xp̃s. Inter natos mulierũ nõ ſurrexit maior ioãne baptiſta Mat. xi. ⁊ Luc. vij. Et loquit̃ de patriarchis ſanctis. Nõ credatis ꝙ maior ſit aplis: ſꝫ ꝓphetis et ſctis veteris teſtamẽti: qb⁹ a xp̃o cõparatur



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

qn̄ dixit. Inter natos mulierꝝ ꝛc. propter
hoc dr̄ Lu. vij. Dico eīm vobis: maioꝛ in
ter natos mulierū ꝓpheta ioāne bapti=
ſta nemo eſt. Ptȝ ꝙ cōparabatᷣ p̄miſſan
ctis. Deinde venit principiuȝ fontale to
tius ſctitatꝫ ieſus xp̄s. Et illi q̄ cū eo fue
rūt comedētes ꝛc. receperunt maioꝛē di=
gnitatē ⁊ illuminationē: iō ap̄ls ad Ro.
viij. Nos ipſi p̄mitias ſpūs h̄ntes. Glo.
ſ. tp̄e priꝰ ⁊ ceteris abundātius. Deinde
venerūt martyꝛes ſcti ⁊ b̄ndicti: ſed nec
in tāta ſctitate vt apl̄i: deinde ꝯfeſſoꝛes.
Et iſta ratione ioannes q̄ antiquis ſctis
xp̄o fuit ꝓpinquioꝛ: ⁊ ꝯſequēter ſanctioꝛ
fuit ſingulariter amicꝰ xp̄i. Ioā. iij. Ami
cus ſpōſi. ſ. ioānes: q̄ ſtat ⁊ audit eū: gau
dio gaudet ꝓpter vocē ſpōſi. Et apl̄i qui
de donis ſctitatis fuerunt primi ⁊ ſimul
cū xp̄o fuerūt ſanctioꝛes ⁊ magis amici
xp̄i. Dicit ph̄s ꝙ amicus eſt alter ipſe.
Iō dicᷣ xp̄s ad apl̄os thema. Uos amici
mei eſtis: ptȝ thema. Mō reſtringendo
iſtam materiā vl̄em de oibus apoſtolis
ad beatū Bartholomeū inuenio ꝙ pro=
pter tria habuit amicitiā dei: que tria ſi
volumus habere erimus ſibi ſimiles: nō
dico equales. Nam in eo fuit.

Primo ſpiritualis oꝛatio.
Secundo vniuerſalis ſubiectio.
Tertio martyꝛialis afflictio.

¶ Propter qd̄ dixit xp̄s beato bartholo
meo ſingulariter ⁊ nobis gn̄aliter. Uos
amici mei eſtis. Dico p̄mo ꝙ btūs bar=
tholomeꝰ habuit amicitiā ſpūalē cū xp̄o
ꝑ ſpūalē oꝛonē. Rō. Nā reſpiciēdo: col=
loquendo ⁊ ꝯuerſando amicitia ⁊ amoꝛ
generatᷣ iter duas ꝑſonas. Iſta tria ſiūt
in deuota ⁊ ſpūali oꝛone: in qua p̄mo re=
ſpicitᷣ ꝯtēplatᷣ xp̄s a capite vſqꝫ ad pe=
des. Primo quō caput ſpinis coꝛonatuȝ
fuit: aures q̄ audierūt vituperia ⁊ blaſ=
phemias ⁊ ſic de alijs. Et ſic amoꝛ diui=
nus intrat in coꝛ recogitādo tātā pulchri
tudinē nr̄i amoꝛis ſic deturpatā ꝛc. Scd̄o
colloquēdo: ratiocinādo ⁊ dicēdo. Dn̄e
parcatis mihi ego ſuȝ ī tali pc̄tō ſeu de=
fectu: iō dn̄e iuuetis me. Et ſic itrat amoꝛ
Tertio cognoſcēdo: cōtēplādo quō xp̄s
ſedet in mēſa eternitatis doꝛmit cū eo cō
tēplādo requiē xp̄i. Iſto modo habetur
amicitia cū xp̄o. De hoc ſcriptura. Qui
diligit coꝛdis mundiciā ꝓpter gratiā la

bioꝝ ſuoꝝ habebit amicū regē. Prouer.
xxij. Mūdicia coꝛdis eſt ſeparari o mūda
nis negotijs ⁊ oꝛatiōi ⁊ cōtēplationi va=
care. Ita fecit beatꝰ bartholomeꝰ. Audi
te ſingularia de eo qd̄ de nullo alio legi
tur. Nā ita erat deuotus ꝙ dicit hiſto=
ria ꝙ oꝛabat cēties flexis genibꝰ ꝑ diē et
cēties ꝑ noctē. Si ergo ex oꝛone ꝯſequi=
tur xp̄i amicitiā quis: igitur btūs bartho
lomeus. Sed quō intelligitᷣ ꝙ centies in
die ꝛc. Dico ꝙ ſic intelligitᷣ. Nā decē ex=
cellētie leguntᷣ de deo q̄ eſt vnus in ſub=
ſtātia ⁊ trinus in perſonis ꝛc. ſ. potentia
ſapiētia: bonitas: creatio: gubernatio: re
dēptio: gloꝛificatio: cōdēnatio: purifica=
tio: ⁊ iudicatio. Et quelibet iſtaꝝ excellē
tiarum hȝ decē effectꝰ: ⁊ decē decies ſunt
centū. Et ꝓpter iſta centies in die flecte
bat genua. Dicatᷣ practica quō prius ſi=
gnabat ſe ſigno crucis: ⁊ oſtēde quō ſe ſi
gnare debent aſſignādo rōnes. Deinde
cōtemplabatᷣ primū effectū potētie dei:
totum mundū ſuſtinētis. Et poſt dicebat
oꝛationē a xp̄o oꝛdinatā. ſ. Pater noſter
⁊ ſurgebat. Deinde iterū flectebat genua
⁊ ſignabat ſe quia crux chriſti clauis eſt
paradiſi: vt ait Rabanus. Et ſicut q̄ vult
camerā intrare opȝ aperire ꝛc. Ita de ce
lo: ⁊ cogitabat ꝙ oēs creature ſunt nihil
reſpectu diuine maieſtatis. Et poſt dice
bat Pater nr̄: ⁊ ſic de alijs. Ecce qure hi
ſtoꝛia dicit. Cēties flectit genua in die et
nocte etiā toties. Si ergo ex oꝛone ſpūa=
li creatura pōt aſſequi xp̄i amicitiā: ergo
⁊ beatus bartholomeus ꝛc. Poſſumꝰ di
cere ꝙ eſt amicus dei recoꝛdans de xp̄i
verbo. Luce. xviij. Opoꝛtet. ſ. q̄ vult eſſe
amicus dei ſemꝑ oꝛare. ſ. mane ⁊ ſero et
nō deficere. Opoꝛtet nos cēties in die ꝛc.
Moraliter. Nō opȝ nos oꝛare centies in
die: ſȝ decies q̄nqꝫ de die: ⁊ decies quinqꝫ
de nocte nō curādo de effectibꝰ illis: ſed
contēplando illas decē excellētias. Pri=
mo ſignādo ſe ⁊ purificādo coꝛ cogitan=
do potentiā dei qui de nihilo cūcta crea
uit ⁊ qn̄ ſenties coꝛdis dulcedinē dicas.
Pater noſter ꝛc. Secūdo cogitādo eius
ſciam quō oīa ſcit ⁊ videt ⁊ nihil latet eū
nec abſcōdetᷣ ab eo: ⁊ ſic dicatᷣ ſcd̄m. Pa=
ter noſter. Tertio de bonitate: qꝛ quicq̄d
fecit amoꝛe hoīm fecit: qꝛ ipſe nō indige
bat celo et terra: ⁊ ſic de alijs. Quarto

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

creationē oīm in diuerſis generib⁹ gra-
dib⁹ ꝛc. Quinto gubernationē quō ꝓui-
det oībus de victu ꝛ veſtitu ꝛc nec defi-
cit nec ſupereſt in capite anni ꝛc. Sexto
redēptionē: qꝛ ne aliqs ſibi credēs ꝛ obe
diēs ſuſpendať in inferno voluit ſuſpen
di ꝛc. Septimo glorificationē ī aīa ꝛ cor-
pore beatis in die iudicij. Octauo cōdē-
nationem cū quāto rigore dānat impeni
tētes ꝛ ex hoc venit timor cordis ꝛc. No
no purificationē animarū in purgatorio
ꝛc. Decimo iudicationē iudicij genera-
lis in quo erūt boni ad dexterā: mali ad
ſiniſtrā ꝛc. Ecce quare de ſanctis ꝑdicā-
tur ꝟtutes: vt recipiant in exēplū. Jō ait
dō in. ps. lxv. Benedict⁹ de⁹ qui nō amo
uit orationē meā ꝛ miam ſuā a me. Glo-
ſa Auguſtini. Nō amoueatur a te oratio
tua: ꝛ nō amouebiť a te mia diuina. Di-
co ſcdo ꝙ beatus bartholomeus habuit
amicitiā dei ꝑ vtem ſubiectionē: qꝛ oīb⁹
ꝑceptꝭ dei fuit obediēs. Jō xps ait. Uos
amici mei eſtis ſi feceritis q̄ ego ꝑcipio
vobis ꝛc. Jo. xv. ſi dicať ꝙ fuit obediens
decē preceptꝭ nō eſt magna laus: qꝛ oēs
tenemur obedire. Rñſio. Ipſe fuit obe-
diens ꝑceptis decē. ꝛ ꝯſilijs: ꝛ etiā māda
tis apſicis: qꝛ oīa ſeruauit que precepit
xps apſis dicens. Euntes in mundū vni
uerſum ꝑdicate euāgeliū omni creature
Mar. vlt. Ubi xps oſtēdit locū vbi ē pre-
dicandū. ſ. in mundo vniuerſo: nō ſolum
in vna villa: ciuitate: ſeu ꝓuincia. Recte
dedit eis modū quē tenet ſol: qui qñ exit
illuminat calefacit ꝛ facit fructificare to
tum mūdū nō quieſcit ī vno loco ꝛc. Se-
cundo oſtendit materiā predicandaꝫ. cū
dicit euangeliū nō aūt Uirgiliū ſeu Oui
diū: qꝛ poete dānati ſunt. Jō eoꝝ doctri
na neminē ſaluat: lꝫ auribus placeat ꝛc.
Si dicať. Et nunqd poſſum⁹ predicare
vetus teſtm̄. qꝛ dicit ꝑdicate euangeliū.
Rñſio. ꝙ qui ꝑdicat bibliā nō ꝑdicat niſi
euangeliū. qꝛ vetus teſtm̄ nihil aliud eſt
niſi euāgeliuꝫ figuratum: ꝛ in nouo teſtō
expreſſatū. Et iſta ſunt verba dei q̄ ꝯuer
tūt gētes ꝛ tāgūt corda. Jō apſs. ad Ro
ma. j. Nō erubeſco ꝑdicare euāgeliū. ſ. fi
guratuꝫ vel expreſſatum. Uirtus eīm dei
eſt in ſalutē oī credēti. Tertio oſtēdit qui
bus ꝑſonis eſt predicandū: qꝛ oī creatu
re: nō ſolū xpianis ad cōſolandū aīas. ſꝫ
etiā ꝯuerſis iudeis agarenis: qꝛ virtus
dei eſt in ſalutē oī credēti. Iſtud ꝑceptuꝫ
optime ſeruauit beatus bartholomeus
Dicať quō poſt receptionē ſpūſſancti in
cepit predicare in hieruſaleꝫ vbi multos
cōuertit. Deinde ꝑ iudeā: ꝛ ſic ꝑdicādo
iuit quouſqꝫ ꝑuenit ad vltimā indiā. Se
cundū ꝑceptum xpi ad apoſtolos fuit de
bello. O ī quali bello ibāt apoſtoli. Mo-
derni predicatores veniunt in tēpore pa
cis ꝑdicare inter xpianos: ſꝫ apoſtoli in
ter īfideles ꝛ philoſophos ꝑdicabāt doc-
trinā altiſſimā ꝛ nouā. Sicut de trinita
te: incarnatione: de xpi paſſiōe: de ſacra-
mento altaris: diſputantes cum philoſo
phis ꝛc. Militabāt cōtra naturā que dat
infirmitates cōtra demones: ꝛ cōtra mor
tē ſuſcitādo mortuos: curādo infirmos:
ꝛ expellendo demones. Autoritas. hos
duodecim miſit ieſus precipiens eis ꝛ di
cens. Euntes aūt predicate dicentes: qꝛ
appropinquabit regnū celorum. Infir-
mos curate: mortuos ſuſcitate: leproſos
mūdate: demones eijcite. Mat. x. Ad pra
cticā de bello beati bartholomei. Nota
ꝙ poſtqꝫ predicauit de trinitate. ſ. ꝙ vn⁹
eſt de⁹ in eſſentia ꝛ trin⁹ in ꝑſonis. Sta
tim philoſophi cōtra arguebant. Multi-
plicatis ſuppoſitis: ideſt indiuiduis ne-
ceſſe eſt vt eſſentie multiplicenť. Beatus
bartholomeus rñdebat di. Hoc verū eſt
in creaturis: ſed nō in creatore ad quem
phi nō ꝑuenerūt. Et ad probandū ſuſci-
tabat vnū mortuū dicēs: ſicut tres ꝑſone
diuine ſunt vnus deus: ita aīa ꝛ corp⁹ et
vita ſint vnū in te: ſurgas ꝛ mortuus ſur
gebat. Ita poſtqꝫ predicauerat de incar
natione. Philoſophi dixerūt cōtra. Fini
ti ad infinitū nō eſt ꝓportio equalitatis
vel mēſurabilitatis. ſ. ꝑ mēſurā vel equa
litatē ſed eſt proportio cauſalitatis. Et
hoc eſt neceſſe qꝛ primū principiū īfinitū
eſt cauſa finiti ꝛc. Ad ꝓbandū iſtā veri-
tatē curabat leproſum vel ſurdū ꝛc. Iteꝫ
de paſſiōe xpi: ne ſibi credētes ꝛ obediē
tes ſuſpēderenť in furca inferni ꝛ phi cō
tra arguebāt dicētes. Fruſtra fit ꝑ plura
qō pōt fieri ꝑ pauciora. Cū ergo deus ſo
lo verbo pōt ſaluare qd oportuit eū pati
ꝛc. Rñdeo ꝙ regula hꝫ veruꝫ qō fruſtra
fit ꝛc. ſi ita bene fiat. Et ad probandum
hoc curabat mutū. Iteꝫ de ſacro altaris



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

qđ fuit magne difficultatis ad credēduʒ
phis dicētibus cōtra. Locus ⁊ locatū de
bet ꝓportionari: vt pʒ in .iiij. Phiſico.
Rñdeo ait Bartholomeus: hoc eſt verū
naturaliter: ſed iſtud eſt ſupnaturalr: ad
ꝓbādū curabat infirmū ⁊c. Patēt bella
que tāgit xp̄s in dicta autoritate. Matt.
x. Hos dos .xij. miſit ieſus ⁊c. Tertiū pre
ceptū xp̄i qđ dedit aptis fuit de paupta-
te. Mat. x. Nolite poſſidere aurū neqȝ ar
gētuʒ: neqȝ pecuniā in zonis veſtris. Nō
perā in via neqȝ duas tunicas: neqȝ cal-
ciamēta: neqȝ virgā: cū iſta pauptate cō-
uertebat gētes. Dicebāt eñ gētes. Quid
volūt iſti a nobis. Et alij dixerūt ſaluteʒ
noſtrā querūt ⁊ nō pecuniam. Dicat hic
miraculū qđ fecit in india de curancē fi-
lie regis a demonio: ⁊ quō rex miſit ſibi
tot pecunias ⁊ nihil inde voluit recipere
Dicat quō cōuertit regē ⁊ oēs de illa ci-
uitate. Ecce bellū ſuū. Ita ſi nos modo
eſſemus boni ⁊ non diligeremus tantuʒ
bona temporalia nō ſolū xp̄iani: ſʒ etiaʒ
infideles cōuerterent: ſed quia ſum⁹ ma
le vite non ſolū infideles non cōuertun
tur: ſed ⁊ xp̄iani perdunt fidem. Dico ter
tio ꝙ beatus bartholome⁹ habuit ami-
citiā xp̄i ꝑ martyrialē afflictionē: ꝑ mar-
tyrium eñ homo acquirit amicitiā dei.
Pater noſter abraā tētatus eſt ⁊ ꝑ mul-
tas tribulationes ꝓbatus amic⁹ dei ef-
fect⁹ eſt. Judith. viij. Not. quattuor mar
tyria beati bartholomei q̄ ponunt a qua
tuor autēticis doctorib⁹. Dicat p̄mo quō
poſt cōuerſionē polemij regis aſtyages
frater polemij miſit mille hoies armatū
ad capiēdū beatū bartholomeū. Primuʒ
tormentū qđ ſibi dedit fuit fuſtium ceſio
adeo fortiter ꝙ miraculū erat q: nō mo-
riebat: ⁊ in qͥlibet ictu dicebat ieſus opti
ma medicina eſt iſta. Iſtud tormētū po-
nit beat⁹ Amb. Scđm tormētū ad maio
rem ſui penā fuit q: crucifixus verſis pe
dib⁹ in altū: ⁊ iſtud ponit dorothe⁹ magi
ſter. Tertiū poſtq̄ fuit a cruce depoſit⁹
fuit excoriat⁹. Cogitate penā. Iſtud tor-
mētū ponit theodorus intantū dicūt ali
qui ꝙ cū pelle in collo predicabat. Quar
tū tormētū eſt ꝙ fuit decapitatus. Iſtud
tormētū ponit hyſtoria. Si ergo ex mar-
tyriali afflictione qs efficit amicus dei:
igit maxime beatus bartholome⁹. Mo-
raliter ſi volum⁹ intrare paradiſum opʒ
ꝙ in his q̄ttuor tormētis ſimus ſimiles
beato bartholomeo. Primo vt ſim⁹ fuſti
bus ceſi. Nā qñ aliquis in aliquo ſtatu
malo diu vixit ⁊ emēdat ſe: ſtatim ꝑ oblo
cutiones fuſtib⁹ ceditur. Dicat de quo-
libet qñ aliquis cōuertit ad deū ⁊ incipit
bonā vitaʒ: ſtatim veniūt fuſtū ceſores
De hoc ait apſs. Oēs qui pie volūt vi-
uere in xp̄o ieſu ꝑſecutionē patient. ij. ad
Ti. iij. Scđo opʒ vt ſim⁹ crucifixi. Crux
ſignificat pniam quā debem⁹ ſuſtinere.
ad Gal. v. qui xp̄i ſunt carnē ſuā crucifi-
xerūt cū vitijs ⁊ ɔcupiſcētijs. Tertio opʒ
vt ſimus excoriari. Si habetis pellē leo-
ninā ſupbie ⁊ vanitatis humiliemini. Idē
de auaris. Si habētis pellē vulpinaʒ opʒ
excoriari reſtituēdo vſuras ⁊ illis dolo-
eſt: ſed opʒ reſtituere vſuras ⁊c. Job. ij.
Pellē. ſ. male vite: vſure luxurie ⁊c. ꝓ pel
le. ſ. aīe ⁊ cuncta q̄ hʒ hō dabit ꝓ aīa ſua
⁊c. Quarto opʒ decapitari. Caput vñ ve
nit oē malū eſt ſupbia ⁊ preſumptio qñ
homo ſupbit ⁊ preſumit de vanitate ſua
ſciētia vel ingenio. ergo opʒ decapitari.
qm̄ initiū oīs pctī eſt ſupbia. Eccli. x.

¶ De ſancto Auguſtino. Sermo.

L ucerne arden
tes in manib⁹ veſtris. Uer-
bū iſtud habet textualr. Lu
ce. xij. ⁊ officialr in euāgelio
preſentis ſolēnitatis. Sicut ſcitis hodie
per totū mundū in eccleſia dei fit feſtum
illius magni ⁊ glorioſiſſimi doctoris bea-
ti auguſtini epī: etiā de eo erit ſermo nr
preſens. maxime q: ſi deo placeti ſua vi
ta inueniemus multas bonas materias
ſpeculatiuas ⁊ morales. Sʒ vt deus det
nobis ſuā gratiā abūdantiſſime. Salute
tur ṽgo maria ⁊c. Pro breui declaratiōe
verbi ꝓpoſiti ⁊ materie p̄dicāde itrodu
ctione ſciēdum ꝙ in ſacra ſcriptura ṽtu
tes infuſe quib⁹ de⁹ dator virtutū ſancti
ficat aīas humanas: dicunt lucerne ar-
dētes. Rō q: ſicut camera obſcura ⁊ tene
broſa illuminat ⁊ pulchrificat lucernis ar
dentib⁹. Sic camera conſciētie humane
illuminat ⁊ pulchrificatur ꝯ tenebras et
turpitudines pctōꝝ virtutib⁹ a deo infu
ſis. Qñ aūt hō eſt in pctīs ⁊ in mala vita
domus cōſcīe eſt obſcura ⁊ tenebroſa: ſʒ

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
*Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.*

tum mortale grauiſſimū: quando ſcʒ in⸗
tendit auferre honoreʒ alicuius: ⁊ iſtud
pctm̄ non eſt minus ꝙ̄ rapina. Non eniʒ
homo minus amat honorem ꝙ̄ res poſ
ſeſſas. ſ. bona tpalia: ideo ſicut in furto
eſt facienda reſtitutio. Uñ quando dicis
contra aliquem aliquod vitiuʒ: puta qñ
dicis. O ribalde vel ribalda: tūc dicis cō
tumeliā. Nota ꝙ non eſſes auſus dice⸗
re talia filie regis francie: ſed tamen nō
times dicere de filia regis eterni: ⁊ eam
inhonorare: ideo peccas mortaliter. Ad
iſtum ſenſum dicebat xp̄s. Matthei. v.
Qui dixerit fratri ſuo fatue: reus erit ge
henne ignis. Ratio. quia peccat mortali
ter: ⁊ ꝓ quolibet peccato mortali debe⸗
tur gehenna ignis. Sed hic oritur vna q̄
ſtio: vtrū ſemꝑ inferre iniurias eſt pecca
tum mortale ſꝫm ſanctū Thomam. ij. ij.
q. lxxij. arti. ij. ꝙ cum verba ex affectu in
teriori ꝓcedāt: conſiderādum eſt ex quo
affectu ꝓferantur verba. Si enim inten
tio ad hoc feratur vt per illa verba hono
rem illi auferat: ſic ſemper eſt peccatum
mortale. Si auteʒ hoc non intendat: ſed
forte ꝓpter correctionem vel ꝓpter aliū
ꝓrumpit in illa verba: tunc non eſt con⸗
tumelia niſi per accidens: nec peccatum
mortale: ſed eſt neceſſaria diſcretio in ta
libus verbis: quia poſſet eſſe ita graue
verbum vel grauis iniuria per cautelaʒ
ꝓlationem ꝙ auferret honorem illius.
Secunda filia eſt clamor qui communi⸗
ter accidit in corrumpendo pacem ⁊ im⸗
pugnendo veritatem. Nota ꝙ ſunt ali⸗
qui qui quando vidēt ꝙ non poſſunt ha
bere optatum ſuum ⁊ ꝙ veritas eos cō⸗
uincit: tunc clamant ⁊ implent aures au
dientium ſuis clamoribus: ita ꝙ verita⸗
tem perturbant ⁊ opprimunt ⁊ hoc ma⸗
xime accidit in cōgregationibus ſiue cō
ciliis quando vidēt ꝙ non poſſunt face
re ſꝫm ſuum optatum ſurgunt ⁊ faciunt
monopolium cum illo ⁊ cum illo: vidēt
clare ꝙ directe faciunt contra veritateʒ:
⁊ tunc clamant ⁊ perturbant totum con
ciliuʒ. Iſte talis clamor ꝓcedit ex ira in
cidentaliter ⁊ eſt ſcḋa filia ire. Dic inci⸗
dentaliter ſi tibi videaꝛ quomodo conci
lium eſt tenendū ſeu ſeruandum ſicut eſt
ſeruandus modus ludendi ad baliſtā.
Unde tenere cōciliū nihil aliud eſt ꝙ̄ lu
dere ad baliſtam. Et nota ꝙ in ludo ba
liſte ſeruanꝛ quinqꝫ que etiam debēt ſer
uari in cōcilio. Primo ꝙ anteꝙ̄ aliquis
ludat congregēt omnes luſores: ita om
nes de concilio. Secundo ꝙ omnibus il
lis de ludo congregatis ponant ſignuʒ
album ad quem omnes habent tendere
ita debet eſſe in concilio. Album eſt vti⸗
litas cōmunis ad quem omnes habent
tendere (a tort ⁊ a trauers:) hinc ⁊ inde:
ſcilicet laborando in concilio non pro re
ꝓpria: ⁊ vtilitate ꝓpria: ſed ꝓ re commu
ni ⁊ ꝓ vtilitate communi. Et de talibus
dicit ꝓuerbiū commune. A tort ⁊ a tra⸗
uers: fa mal iogare lo baleſtrir. Hic ⁊ in
de facit male ludere baliſtariuʒ. Tales
enim qui trahunt aquam ad ſuū molen
dinum: quia non curant de vtilitate cō⸗
muni: non ſunt boni luſores: ideo debe⸗
tis trahere ad album: ſcilicet ad vtilita⸗
tem cōmuneʒ. Tertio ponitur cauſa: id
eſt timor dei. Unde in omnibus cōciliis
iſtud eſt obſeruandū ꝙ honor dei ſemꝑ
ſeruetur. Quarto debetꝫ ludere vnꝰ poſt
alium: ita ꝙ in concilio vnus loquatur
poſt alium: ⁊ nō omnes ſimul. Nota cō⸗
tra aliquos quando audiūt vnum ſim⸗
plicem dicentem bonam rationem: forte
meliorē ꝙ̄ ipſi dederunt: ſtatim incipiūt
clamare nec dimittunt euʒ loqui. Nihil
valet ludus niſi permittatis omnes lu⸗
dere: ſcilicet omnes loqui omnes audire
debetis: ⁊ ſic quilibet dādo melius con⸗
ſilium quod poterit aſpiciendo honoreʒ
dei ⁊ vtilitatem cōmunem. Quinto qui
melius ludit habet iocalia: ita cum illo
qui dedit melius conſilium debetis vos
tenere: ⁊ ille debet habere iocalia ſcilicʒ
tenere rationē ſuam. Ecce quomodo cō⸗
cilium cum pace ⁊ non cum clamoribus
tenendum eſt. Unde ſapiens Eccleſia⸗
ſti. xxxij. Fili ſine conſilio nihil facias ⁊
poſt factum non penitebis. Tertia filia
ire eſt rixa. Unde rixa importat quandā

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



cōmotionē in factis. Unde rixa ē quod
dā bellū ꝑuatū ex inordinata affectione
ſue volūtatis inter ꝑuatas ꝑſonas: ⁊ ſꝑ
importat peccatū. Et in illo qui inuadit
aliū ſemꝑ eſt peccatum mortale. In eo ꝙ
ſe defendit poteſt eſſe ſine mortali: et ali
qñ ſed raro ſine veniali aliqñ cū mortali
ſcḋm diuerſum motū animi ⁊ ſcḋm diuerſuꝫ
modū defendēdi. Nā ſi bono zelo cū de
bita moderatōe ſe defendat nō ē pctm̄: ſi
ṽo cum aīo vindicte: tñ cū exceſſu debite
moderationis ſe defendat: ſemꝑ ē pctm̄
veniale. Ita ſiquidē aliquis leuis mot⁹
vł odij vł vindicte ſe miſceat: vł cū ratio
multū excedit moderationē ⁊ defenſionē
Si ṽo affirmato aīo inſurgit ꝯtra impu
gnantē ad eū occidendū vel eū grauiter
inuadendū: ſic eſt peccatū mortale. No=
ta etiā de illis ꝙ qñ nō poſſunt hr̄e vindi
ctam de perſona illius quē hñt odio: in
ſurgunt cōtra bona illius: qꝛ vel ponunt
ignē in domo illius vel in cāpo qñ ē bla
dum vel deſtruunt vineas: vel quocūqꝫ
alio mō ⁊ tenenť ad reſtitutionē. Quar=
ta circūſtātia eſt indignatio. Et fit duplr̄
vel cōtra deū: vel ꝯtra proximū: ⁊ iſta in
dignatio oſtenditur in facie vel in oculis
et cōmuniter dicitur talibus. O tu es ira
tus. Dic ergo de indignatione ꝯtra deū
⁊ impatiētia: qꝛ propter modicā tribula
tionē quam de⁹ dat eis ſtatim indignan
tur ꝯ deū: vel ſi tribulat eos in ꝑſona ꝓ
pria dando infirmitatē: vel tribulādo in
bonis ⁊ in filijs ꝑ mortē: et ī parētibus ⁊
amicis: vel etiā in bonis tpalib⁹ per tē=
peſtates vel guerras: oēs eñ iſte tribu=
lationes vel mala a deo veniūt que dicū
tur mala pene: ꝙ omnia ſuſtinenda ſunt
cū patiētia. Iuxta illō ad Heb. x. Patiē=
tia vobis neceſſaria eſt: vel iuxta illud
Luc. xxi. In patiētia veſtra poſſidebitis
aīas veſtras. Dic de impatiētia aliquo
rū ꝙ ſtatim inſurgūt contra deū dicendo
⁊c. ⁊ ſi poſſent eū tenere quid dicerent ſi
bi. Dic quō de⁹ facit magnā gratiā ho=
mini dando ſibi tribulationē ⁊ afflictio=
nē in iſto mūdo qꝛ ſignū eſt ꝙ deus eum
diligit. De⁹ dedit tribulationē abrae mā
dando ſibi ꝙ occideret filiū ſuuꝫ Iſaac.
Geñ. xxij. ſed de⁹ hoc facit ad ꝓbādum
virū erim⁹ fideles ſibi ꝑ patiētiā: et vt re
compēſet noſtra merita ⁊ pmīa in celis.

Dic quō ſunt aliqui quos de⁹ non viſi=
tat in iſto mūdo ꝑ tribulationē: ſed ha=
bent ſuas cōſolationes ⁊ deſideria: ⁊ eſt
malū ſignū. Nā legiť in legenda bti am
broſij ꝙ cū declinaſſet cū ſuis diſcipulis
ad domū cuiuſdā diuitis: ⁊ vidēs multi
tudinem filioꝝ ⁊ filiarū ⁊ tantā copiam
bonoꝝ: admirans dixit dño dom⁹. Dñe
cuius ſunt tot filij ⁊ filie. Qui rñdit Iſti
ſunt filij mei: ⁊ iſti ſunt filioꝝ meoꝝ oēs
⁊c. Item dico vobis ꝙ ſemꝑ habui bonū
⁊ nihil mali: nec infirmitates ⁊c. Et ſan=
ctus Ambroſius hoc audiēs cōuocatis
ſeruis ſuis dixit. Pro certo de⁹ nō habi
tat in domo iſta: recedamus cito ⁊c. Et
cum fuerunt extra domum ſtatim ignis
de celo deſcendit: ⁊ cōbuſſit omnes ꝙ iux
ta erāt. Et dixit ſanctus ambroſius. Nō
ne bñ dixi vobis ꝙ de⁹ nō erat in domo
illa. Ergo bonū ſignū eſt quando deus
dat tribulationes ⁊ patienter eas ſuſti=
nemus. Nota ſunt aliqui vt canes ꝙ di=
cunť maſtins: qui qñ verberantur a dño
ſuo ſtridēt dentib⁹: ⁊ tūc dñs accipit gla
dium ⁊ interficit carnē illū. Ita ſunt mul
ti qui qñ verberanť a deo per tribulatio
nē: ⁊ ipſi ſtrident dētibus per vituperia
⁊ maledictiones: ⁊ tūc aliquādo de⁹ ar=
ripit gladium mortis ⁊ occidit eos ⁊ tūc
ponit eos in puteo inferni: ideo caueatꝫ
⁊ habeatis patientiā bonā. Alia eſt in=
dignatio que fit cōtra ꝓximū: qꝛ ſunt ali
qui ita furioſi ꝙ ſi tranſeat palea añ ocu
los eoꝝ: ſtatim inſurgunt indignando: ⁊
dicūt ṽba iniurioſa: immo ſi muſca trāſ=
eat ante oculos eoꝝ indignanť. ¶ Quī=
ta eſt blaſphemia. Et committiť multis
modis ⁊ maxime in ludo taxilloꝝ vbi lu
dentes inſurgunt cōtra deum vituperā=
do ⁊ blaſphemando ⁊ ſpuēdo in celum.
Dic exēplum de illo luſore qui poſtqꝫ lu
ſit pecunias ⁊ veſtes volēs ire domū ꝓ
portando iocalia vxoris cū eſſet in quo=
dā vico ibi quandā mulierē cum clami=
de ſupra caput inuenit ⁊ flebat dicens.
Cur occidis: cur occidis filiū meuꝫ. Ille
aūt luſor attendens ad verba mulieris
illi⁹ dixit ei. Dña: non occido filiū veſtrū
nec vnqꝫ aliquē occidi. Immo dixit ipſa
Tūc ipſe: que eſtis vos? Ego ſum ma=
ter dei ⁊ ſi tu vis perdere pecunias tuas
ſaltē nō ihonores filiū meū vituperādo

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

et blaſphemando:et ſic euanuit ab ocu-
lis ei⁹. Jlle aũt egit pnĩam. Jta ⁊ vos q̇
vultis ludere pecunias veſtras ſaltẽ nõ
vituperetiſ filiũ v̓ginis. Dic ꝯplixe de blaſ
phemia. Nota quõ de⁹ ꝯqueriť ꝺ blaſ-
phematorib⁹ ⁊ dñis ſuſtinẽtib⁹. Eſa.lij.
Dñatores eius inique agũt:⁊ iugiter no
men meũ blaſphemať. Dic de ſctõ ludo
uico rege francie quõ ordinauit contra
iſtud peccatum ꝙ labia blaſphemantiũ
comburereť ⁊ quomodo fecit illi nobili
qui blaſphemauit. et cum multi duces ⁊
barones intercederent dixit rex. Uellem
ꝙ iſtud vitium eſſet extirpatuz de regno
meo ⁊ hoc paſſus eſſem in labijs meis.
Sed modo nulla fit ordinatio ꝯtra blaſ
phemantes:et ideo ꝓ nihilo deus blaſ-
phematur. iõ deus inſurgit contra nos ꝑ
tempeſtates peſtilentias guerras. decla
ra bñ: qꝛ mala q̄ patimur peccata noſtra
meruerunt: vt dicit Greg. ¶ Sexta filia
eſt tumoꝛ mentis: qꝛ ſunt aliq̄ ita tumen
tes ⁊ inflati in corde ꝙ pro nihilo portãt
odium in corde:⁊ nolunt dicere verbum
et ſtabũt per annũ vel ꝑ duos ꝙ non lo-
quentur cum homine:⁊ ſemꝑ ſunt in pec
cato mortali. Dic quale periculũ eſt por
tare rãcorẽ vľ odiũ in corde ⁊c. ⁊ tales qñ
ſunt añ confeſſores volunt eos decipere
dicentes ꝙ parcunt eis corde:ſed non lo
quentur. Dic quõ mentiunť: qꝛ voces ſũt
ſigna earum que ſunt in aĩa paſſionum.
j. Perihermenias. Notetis ſigna. Unde
ſi aliquem diligitis ſtatĩ cognoſcitur in
v̓bo ẽt ſi odiſtiſ ⁊c. Dic exẽplũ de merca
tore qui venit ad ſanctum Uincentiuz q̇
portabat odium fratri ſuo quod deſtru-
xerat eum finaľr perducendo eũ ad pau
pertatem ꝓpter qđ fuerat frequenter cõ
feſſus de iſto peccato ⁊ nõ poterat obti-
nere abſolutionem: qꝛ volebat reddere
iniuriã deĩde ꝯfeſſus fuit magr̃o vincen
tio: cui magiſter vincentius. Nõ vultis
parcere illi ſaltẽ parcatis vobiſipſi. Qui
ait. magiſter, non capio vos: declaretiſ mi
hi. Et magr̃. dicatis odiũ qđ habetis in
corde cui nocet vobis vel fratri veſtro
nonne vobis: qꝛ vos nõ poteſtis dormi-
re nec comedere: qꝛ in iſto pctõ occiditis
aĩaz v̄raz:⁊ deformatiſ corp⁹ v̄r3. Et mer
cator illuminat⁹ intelligens dixit. Certe
magr̃ mõ cognoſco quanta fatuitas eſt
nõ velle ꝑcere:⁊ portare odiũ ⁊ perpetuo
illi caueatiſ vob̃. Jõ ſic pr̃ me⁹ celeſtiſ fa-
ciet vobiſ ſi nõ remiſeritis vnuſq̄ſq; fra-
tri ſuo de cordibus v̄ris. Matthei. xviij.

## Secũdo principa-

liter videdũ ⁊c. Et hoc ꝓbatur primo ꝑ
auctoritatẽ ſacre ſcripture. Eccle. xxvij.
Jra ⁊ furoꝛ vtraq; execrabilia ſunt ⁊ vir
peccatoꝛ ꝯtinẽs erit illoꝝ. Nota differen
tiam. Jra conſiſtit in corde: ſcz mala vo
luntas: ſed furoꝛ in opere. ſcz in dãnificã
do populum ſiue proximum vel bona ei⁹
Jtẽ auctoritas dđ. Deſine ab ira ⁊ dere
linque furorẽ noli emulari vt maligneriſ.
ſequiť. Qui malignanť exterminabunť:
ſicut ſi ſupra aliquẽ daret maledictionẽ
non ſolũ pro vno: ſed etiam ꝓ oĩbus de
propinquitate ⁊c. Jta illi q̇ ſunt in pecca
to ire incurrũt maledictionem dei: nõ ſo
lum ꝓ ſe: ſed etiã pro illis de gñe. Jõ di-
cit exterminabunť. i. deſtruenť. Scđo oñ
ditur ꝑditionẽ ipi⁹ xpi: qui naturaliter
eſt dulciſſimus: qꝛ in eo non cadit ira iõ
nullum bonũ ſibi placet factum in pecca
to mortali: nec oõ nec elemoſyna ⁊ cete
ra hmõi. Jõ Eſa. j. Cũ multiplicaueritiſ
orões v̄ras non exaudiã: man⁹ eñi v̄re
ſanguine plene ſunt. i. peccato ire. Jdeo
apl̃s oñdit nobiſ modũ orãdi dicẽs. j. ad
Timo. ij. Uolo vos orare in oĩ loco le-
uantes puras man⁹ ſine ira ⁊ diſceptā-
tione. Declara ſi vis de oratiõe. Tertio
hoc oſtenditur ꝑ punitionẽ factã. Matt.
xviij. de illo qui debebat decẽ milia talẽ
ta:⁊ dñs dicebat. Redde quod debes.
Nota queſtionem: ſic faciet vobiſ pr̃ me⁹
celeſtis ſi nõ remiſeritis vnuſquiſq; fra-
tri ſuo de cordib⁹ v̄ris: ideo aduertatis.

## Tertio principali

ter videdũ eſt de remedio ⁊ ſunt intra i-
xta duplicẽ irã. ſ. irã cordis in ſeipſo: et
irã ꝯ aliũ. No. duo bona remedia ꝯ ira
quã hʒ hõ in ſe. Primũ ẽ ꝯſiderare paſ-
ſionẽ xpi. O pctoꝛ vide xp3 quõ nõ tene
bat irã in corde exiſtens in cruce ſed di-
cebat dimitte illis ⁊c. Jõ grego. Nihil ẽ
ꝙ non equo animo tolereť ſi paſſio xpi
ad memoriã reuoceť. Dic exemplum de
illo q̇ occidit pueꝝ cuiuſdam diuitis ⁊ q̇
petijt veniã in die veneriſ ſancta ⁊ merca

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

tor ad honorē paſſiōis xpi pepercit ſibi
Nota quō crux dñi aſſurrexit oſculādo
eum et amplexata eſt in ſignum ꝙ deus
parcebat ſibi:ſicut ipſe pepercerat alte-
ri. Aliud remedium eſt conſiderare pro-
prium reatum:qꝛ nemo ſine crimine vi-
uit. Nota remedium ꝯ iram in aliū. Pri
mum eſt dulce verbum loq̄ iniuriato. Jō
dicit apl's. Roma. xij. Nō vos defenden
tes chariſſimi:ſꝫ date locum ire. ideo ꝛc.

¶ De peccato accidie. Sermo. vj.

# Et ne nos indu

cas in tentationē. Mat. vj.
Iſta eſt ſexta petitio oratio
nis dñice. In qua petimus
vitationem criminalem:ſci-
licet ne per tentationem cadamꝰ in pec-
catum. Nō em̄ petimus ꝙ non tentemur
quia non poteſt vitari:cū tota vita hoīs
vſq ad mortē incluſiue ſit tentatio. Job.
vij. Militia eſt vita hominis ſup terraꝫ.
Ita Jaco j. Nemo cū tentatur dicat qm̄
a deo tentatur. Deus em̄ intentator ma
lorum eſt. Sed tentat nos ꝓ vtilitate no
ſtra vt creſcamus in meritis ꝛ premijs
in celo. Iſto modo tentauit deus abraā
ꝛ alios multos ſanctos. Uel tentamur a
diabolo per maliciā venenoſam. Et iſte
tentat ad male faciendum vt perdamus
paradiſum. Uel tentamur a noſtra incli
natione naturali per cōcupiſcentiam:qꝛ
inclinatio noſtra prompta eſt ad malum
Geñ. viij. Senſus em̄ et cogitatio huma
ni cordis in malū prona ſunt ab adole-
ſcentia ſua. Ecce quō in iſtis tribꝰ tenta
tionibus conſiſtit tota vita noſtra. Ideo
non petimus vt nō tētemur:ſed petimus
auxilium dei in tentationibus ne cada-
mus:ſed vitemꝰ ipſa peccata. Et eſt iſta
petitio ꝯ peccatum accidie:qꝛ accidioſi ꝛ
ocioſi caduntꝰ in tentationē. Eſt em̄ ocio
ſus ſicut campus male cultus in quo in-
ſurgunt vepres malaꝝ tentationum: et
cōiter tales cadunt in tentationem:ideo
iſta petitio petit auxilium dei dicēs. Do
mine deꝰ da nobꝫ auxiliū:vt ita ſimꝰ di
ligentes in ſeruitio tuo ꝛ operibꝰ ſanctis
vt occupati in illis nō cadamus in tenta
tionem:hoc vult dicere. Et ne nos indu
cas in tentationem. Qꝛ igitur iſta peti-
tio eſt cōtra peccatū accidie:ita erit ſmo
et videbimꝰ tria ſicut conſuetum eſt.

Primo quomodo cognoſcemus ſi eſt
in nobis certe.

Secūdo quomō diſplicet deo maxie.

Tertio quomō poterimus leuiter re-
mediare.

## Prīo dico ꝛc.

Hoc poterimus cognoſcere ſi attendamꝰ q̄d
ſit ipſa accidia:ꝛ que ſint eiꝰ circūſtantie
Pro quo eſt ſciendum ꝙ ſm ſcm̄ Tho.
ij. ij. q. v. ar. j. recitando damaſcenuꝫ. Ac
cidia eſt quedam triſticia aggrauans q̄
ita ōprimit animū hoīs vt nihil ei libeat
agere:ſcꝫ de bonis ſpūalibus:immo di-
co etiam nec de bonis tpalibus. Uñ acci
dia nihil aliud videtur importare q̄ꝫ quō-
dam tediū operā dī. Et iſta triſticia ſem
per eſt mala quia cum bona ſpiritualia
ſemꝑ bona ſit:triſticia q̄ eſt de ipſis bo
nis ſpiritualibus eſt ſemper mala ſm ſe
et eſt mala ſm effectum. Et querit ſctūs
Tho. ibidem. arti. iij. Utrum accidia eſt
peccatum mortale:et dicit ꝙ ſic ſm ſuum
genus. Declaratur autem ſic. Peccatuꝫ
mortale dicitur:qꝛ tollit vitam q̄ eſt per
charitatem ſm quam deus in nobis ha
bitat. Uñ illud peccatum ex genere ſuo ē
mortale:quod de ſua ꝓpria rōne contra
riatur charitati ꝛc. huiuſmodi autem eſt
accidia. Nam proprius effectus charita
tis eſt gaudiū de deo accidia aūt eſt tri-
ſticia de bono ſpirituali inquantum eſt
bonum diuinum. Uñ accidia ſꝫ Chriſo
ſtomuū eſt mortale. Si dicat̃ an accidia
poteſt eſſe veniale. Dico ꝙ ſic:immo oīa
peccata mortalia ſm genus poſſunt eſſe
venialia iſto modo. Nā ꝯſummatio pec
cati mortalis conſiſtit in conſenſu rōnis
Uñ inchoatio peccati fit in ſola ſenſuali
tate:ꝛ ſi non perueniat vſq ad ꝯſenſum
rōnis propter imperfectionem actus eſt
veniale peccatuꝫ:ſicut in luxuria:i adul
terio. hō em̄ ꝯcupiſcit adulterari:ꝛ talis
cōcupiſcentia eſt in ſola ſenſualitate: et
non ꝑuenit vſq ad conſenſum rōnis: ſic
eſt veniale:ſi aūt ꝑueniat vſq ad conſen
ſum rōnis ſic eſt mortale. Ita ēt accidia
que eſt triſticia de bonis ſpūalibus cuꝫ
motꝰ talis accidie. ſ. triſticie fit in ſola ſen
ſualitate ꝓpt̃ repugnātiā corpis ad ſpi-
ritū tūc eſt veniale:qñ aūt attigit vſq ad

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

rationem q̄ conſentit vſqꝫ in deteſtatio=
nem boni dū caro ꝑualet ꝯ ſpiritum : ſic
eſt mortale: ⁊ de tali h̄ itendim⁹. Et Gre
gori⁹ aſſignat. xxxvij. Moraliū ſex filias.

Prima eſt tepiditas.
Secunda mollicies.
Tertia eſt puſillanimitas.
Quarta ē euagatio mētꝫ circa illicita
Quinta eſt torpor circa precepta.
Sexta eſt deſperatio.

¶ Prima ergo eſt tepeditas. Nota quo
modo eſt triplex aqua: ſcꝫ frigida calida
et tepida. Aqua aūt tepida q̄ non ē cali=
da neqꝫ frigida eſt ſine ſapore : ⁊ cauſat
vomitum. Aqua calida eſt bona vita: ca
lida ꝑ deuotionem: ⁊ cū charitate i amo
re dei ⁊ ꝓximi. Aqua frigida eſt mala vi
ta frigida ꝑ indeuotionē ſed aq̄ tepida
dꝛ eſſe mala vita: tepida. i. ſine charitate
quia non vult exire de peccato: nec reci-
pit aliquā cōplacentiam in opibus dei:
vtputa. ſ. qn̄ aliquis p̄dicat: tepid⁹ ſtatiꝫ
attediatur in ſermone. Idem quādo au
dit miſſam vel officium diuinū: vel quā=
do erat oratio cum eſt ei ꝓlixa. ſtatim ob
dormit. Dic quō dicit pater noſter ⁊ aue
maria ſine ſapore et deuotione balbutiē
do. Si ei ſacerdos dimittit ſyllabas ver
ſus vel dictiones patet ꝙ eſt aqua tepi=
da ſine deuotione: ſine ſapore ⁊ ſine cha
ritate: ⁊ qꝛ ſic ſunt tepidi generāt deo fa
ſtidium. Iō Apo. iij. Quia tepid⁹ es inci
piam te euomere ex ore meo. Iſte vomit⁹
erit in die iudicij qn̄ dicet de⁹. Ite male
dicti ⁊c. Matt. xxv. Scd̄a filia eſt molli=
cies ſiue inconſtantia: qꝛ multi ſunt q̇ in=
cipiunt bonā vitam ⁊ bona opera: ſꝫ ſta
tim dimittunt ꝓpter inconſtantiā: ⁊ cōi=
ter tales dicunt malles. Verbi grā. q̇ ꝓ=
poſuerunt ieiunare totā quadrageſimā
et poſtea in ſecunda hebdomada dimit
tunt totū. Et ſi dicat. O vos propoſuera
tis ieiunare: ⁊ vos cōſueueratis : modo
dimittitꝫ. O dn̄e nō poſſum portare quia
in paſcha eſſem tot⁹ debilis vel mortuus
ecce inconſtantia vel mollicies. Idē de
illis q̇ incipiunt aliquā pniam ſecretam
vt portare ciliciū: vel ire ſine camiſia: ſed
ſtati totū dimittunt. Nota quō ad opus
mūdi ſunt fortes: ⁊ ad opa dei ſunt mol
les: ⁊ ſi hn̄t recipe vindictam de inimico
portarēt loricā ꝑ menſem ⁊ alias arma=
turas: ⁊ dormirēt induti: ⁊ poſſent habe
re optatum contra ſuū inimicū: ſed ꝓvti
litate anime ſiue pro honore dei nō por=
tarent per hebdomadam ciliciū ſeu ali
quam aliā afflictionem facerēt hoc ꝓce=
dit ex accidia. Iō prouer. xviij. Qui mol
lis et diſſolut⁹ eſt in opere ſuo frater eſt
ſua opa diſſipantis. ſ. qui inceperat face
re. iō ſitis fortes perſeuerando conſtan=
tiſſime in bonis inceptis: qꝺ dꝛ. Mat. x.
et. xxiiij. Qui perſeuerauerit vſqꝫ in finē
hic ſalu⁹ erit. Nota ꝙ de⁹ vult pſeueran
tiam in bonis operib⁹ vſqꝫ in finem. ideſt
mortem q̄diu hō durabit: iō vult ꝙ bo=
na durent vſqꝫ in finē. Tertia circūſtātia
eſt puſillanimitas ⁊ dꝛ eſſe ſm̄ philoſo=
phum. in. iiij. Ethi. qn̄ q̇s magnis bonis
exiſtit dignus: ⁊ tn̄ his nō dignificat ſeſe
pſum vt puta cū quis habilis eſt ad ſtu=
diū ⁊ hꝫ ingeniū bonū: ⁊ hꝫ memoriā: et
hꝫ parentes et amicos q̇ eū pn̄t iuuare: ⁊
poſſet ſubito venire ad magna bōa: ⁊ ipſe
nō curat ſtudere: talis dꝛ puſillanimis. i.
puſilli animi. Iſta puſillanimitas venit
ex propoſito. Hō eſt ordinatus a deo ad
habendū et poſſidendum magna dona
et innumerabilia. ſ. regnū celeſte. Et de⁹
dedit ipſi illa cū quib⁹ poteſt acq̇rere il=
la bona celeſtia. Primo em̄ de⁹ dedit ho
mini aīaꝫ cū potentijs et virib⁹: quam ſi
homo velit bn̄ regere ⁊ gubernare ex illa
gubernatione acquirit ſibi bona infinita
in paradiſo. Si vult bn̄ regere itellectuꝫ
captiuando ipm̄ ad credēdū ea que ſunt
ſupra naturam. Item voluntatem deſi=
derando celeſtia: memoriam ad memo=
randū celeſtia ⁊ beneficia dei: ex his me=
retur homo magnam gloriā. Scd̄o de=
dit homini mēbra multa cū corpe q̄ ſi ve
lit bn̄ regere cū iſto regimie habebit the
ſauros infinitos in celo. No. quō corp⁹
eſt ad laborandum in opibus mie. oculi
quō debent flere ꝓpt peccata: debent cō
templari celeſtia: aures audire miſſas ⁊
verbum dei: os ad loquendū ⁊ laudādū
deū. Si hō velit ſic gubernare corpus et
mēbra: ⁊ cū illis laborare ſpūaliter: ex il
lo labore habebit iſinitas diuitias. Ter
tio deus dedit mūdum in quo poſſumus
mereri. No. quō in alio mundo non pōt
homo mereri. Quarto dedit nobis tem=
pus ad faciendum penitentiā : qꝛ in alio



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

mundo non ſit penitentia fructuoſa. No
ta ꝙ ſi damnati poſſent habere de tēpo=
re quantum durat mundus ſemper face
rent penitentiam vt ſaluarentur: Si deꝰ
dedit nobis tempus in quo poſſumꝰ con
fiteri et alia bona opera facere: et dedit
nobis de tempore decem vel viginti an=
nos et plus: hoc dedit nobis vt faciamꝰ
penitentiaꝫ et bona opa ex quibꝰ habea
mus paradiſuꝫ: ſed ſumus puſillanimes
certe hoc ꝓcedit ex accidia. Iteꝫ cum de
derit corpꝰ ⁊ aīam: ⁊ bona tꝑalia ex q̇bꝰ
poſſumꝰ habere theſaurum et finem cele
ſtis glorie. certe ſi nolimꝰ mereri puſilla
nimes ſumꝰ. Nota ſimilitudinē de agri=
cola qui nō hꝫ campum nec vineam nec
cetera neceſſaria de quibus poſſet ꝓui=
dere vxori ⁊ filijs ſꝫ vadit vagabundus
per mundum. quem videns homo diues
et ſibi compatiens daret ſibi poſſeſſionē
⁊c. ⁊ ſi forte iſte nō curaret laborare: ſed
ſtaret ocioſus vagando ꝑ tabernas lu=
dos ⁊ lupanaria male exponendo bona
que dn̄s ſibi dedit q̇d diceretꝫ de tali ho
mine nonne merito redarguendꝰ eēt de
negligentia ⁊ puſillanimitate: nō poſſet
effici diues ⁊ nō curat: immo cōſumit il=
la que hꝫ. In illa reprehenſione ſumus
omnes nos. Nam deꝰ dedit nobꝫ agruꝫ
corporis noſtri de terra. Gene. ij. Forma
uit deus hominem ⁊c. Itē dedit vineam
ſcꝫ eccleſiam in qua poſſumꝰ colligere vi
num ſacre ſcripture vel doctrine: vel vi=
num ſanguinis xp̄i. Item dedit nobꝫ pra
ta. ſ. bona temporalia: ſed ſi non curamꝰ
illa excolere: ſed ſumꝰ vagabundi ⁊ ocio
ſi male exponēdo iſta: ⁊ non exercendo
nos in bona vita: merito reprehenſione
ſumꝰ digni ⁊ puſillanimes dici. No. ſcri
ptura dicit Prouer. xij. Qui ſectatꝫ ociuꝫ
ſtultiſſimus eſt. Stultus eſt ꝑdendo me=
ritum: magis ſtultus ꝑdendo theſauruꝫ
glorie celeſtis: ſed eſt ſtultiſſimus qui vi
det penas inferni ⁊ non curat bene face
re. Iō tali accidit ſicut illi q̇ iuit ad cam=
pum ꝓ laborādo ⁊ nihil lucratus eſt. In
nocte dictū eſt ſibi ⁊ vxori ſue. O miſer ni
hil lucratꝰ fuiſti: vade ad hoſpitale miſe
rorum. Deꝰ dicet talibus in hora mortis.
O miſer q̇d feciſti in mūdo: vade ad ho=
ſpitale miſerorum inferni. Quarta filia
eſt euagatio mentis circa illicita: ſunt
enim multi q̇ vidēt ſe eſſe in mala vita et
malis peccatis et querunt delectatiōes
euagādo: in illis peccatis illicitis. Et ſi
dicatur eis: quare non facitis pn̄iam. q̄=
re non cōuertimini. rn̄dent. bn̄ faciā: ⁊ ſic
differunt de die in diem conſequenter. O
quanto periculo ſe exponunt q̇ expectāt
q: credunt viuere ꝑ multa tꝑa: ⁊ forte nō
viuent ꝑ annū. Iō dicit ſcꝑtura talibus.
Eccli. v. Non tardes ꝯuerti ad dn̄m: et
ne differas de die in diem: ſubito enī ve=
niet ira illius: et in tꝑe vindicte diſꝑdet
te. Quinta filia eſt torpor circa dei p̄ce=
pta. Et multi ſunt diligentes ad prece=
pta hoīm terrenoꝝ cōplenda: ſed ad cō=
plenda precepta dei non ſunt diligētes:
immo non curāt. Nota de diligētia mu=
lierum circa ornamenta ſua quō diligen
ter cuſtodiunt veſtimenta ſua ⁊ iocalia:
⁊ quomodo diligēter ſe ornāt vt placeāt
hominibus. O ſi eſſenttia diligentes ad
cuſtodiendū veſtē anime ſicut corporis
ſiue corpus ꝓpriū ne laberentur in pctm̄
et vtinam eſſent ita diligentes ad ꝯpla=
cendum deo ſicut ſunt ad cōplacendum
hoibus. Nota hic de clericoꝝ corpe: qui
ſunt valde diligentes ad nutriendū cor=
pus ꝓprium equos canes et aues: ⁊ val
de negligentes circa diuinum officium.
Cōtra iſtos dicit ſcriptura. Hier. xlviij.
Maledictꝰ q̇ facit opꝰ dn̄i negligent: alia
litera hꝫ fraudulenter. Dilata ſi vis am
plius ꝯ clericoꝝ inhoneſtates ⁊c. Sexta
filia eſt deſperatio ad quam demon tra=
hit hoiem quantum pōt. Vn̄ demō ē iſtiꝰ
conditionis qui poſtq̄ȝ hoiem occupaue
rit in peccatis ipo volente ꝑ magnū tp̄s
finaliter ſi videt ꝙ homo vult ꝯuerti ad
dn̄m: ꝓuocat ad deſperationem: facien=
do cogitare peccata que fecit ꝯ deum q̄
ſunt innumerabilia: vt ſic hō cogitando
deſperet de mīa dei diffidendo de ipſa.
Nota ſic videtur demon in articulo mor
tis quando homo in agonia. ⁊ demon re
ducit ſibi in memoriam peccata ſua: de q̄
bus: non fecit pn̄iam vt faciat ipſum de
ſperare de miſericordia dei. Iō p̄s. dicit
Torrentes iniquitatis conturbauerunt
me. Iniquitatis torrentes ſunt peccata
que diabolus cito reducit ad memoriaꝫ
ideo de bona hora illa debetis confiteri
et facere penitentiaꝫ. Et qn̄ homo eſt in

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

articulo mortis: vos q̄ eſtis penitētes de
betis ipm aiare od ꝯſitēdū in paſſiōe xp̄i
ꝛ ei⁹ mīa: cuius memorātibus dat veniā
de oībus pctīs. Nec dꝫ diffidere de mīa
dei quātūcūqꝫ ſit pctōꝛ: qꝛ ſi vult ꝯfiteri ꝛ
penitere ꝛ recipere medicinas eccľie ꝯtra
pctā p̱ ſacrā eccľiaſtica obtinebit veniā.
Sꝫ mō de bona hora reuertamur ad dn̄ꝫ
ꝛ dū tp̄s habemus operemur bonū. Ga-
la. vj. ꝛ preoccupemus tempus noſtrū in
bonis operibus. Iuxta illud dictum. Hie
ronimi ad ruſticū monachum: ꝛ habetur
de conſe. diſt. v. nunqꝫ. Semper aliquid
boni facito vt diabolus te occupatum in
ueniat: ꝛ hec de primo principali.

## Scd̄o p̄ꝛicipaliter

vidēdū eſt qūo iſtud pctm̄ deo diſplicet.
Et hoc pōt declarari p̱ punitionē quam
xp̄s ꝯminatur talibus ocioſis que para
bolice habetur Luc. xiij. Arborē fici ha-
bebat quidā plantatā in vinea ſua: ꝛ ve-
nit querens fructū in illa ꝛ non inuenit.
Dixit aūt ad cultorem vinee. Ecce anni
tres ſunt ex quo venio querens fructum
in ficulnea hac et non inuenio: ſuccide er
go illam: vt quid etiam terram occupat.
Nota qꝫ vinea eſt chꝛiſtianitas. Dn̄s vi
nee eſt chꝛiſt⁹: ficus eſt quilibet chꝛiſtia-
nus: ꝛ āni ſunt tres etates. ſ. pueritia: iu-
uētus ꝛ virilitas: i quolibet anno. ſ. in q̄li
bet etate deus vult fructū de qualibet fi-
culnea ſcꝫ de chꝛiſtianis. In p̄mo anno:
ſcꝫ in pueritia ipſe vult fruct⁹ teneros. ſ.
qꝫ filij diſcant pater noſter ꝛ aue maria.
Credo i deū ꝛc. ꝛ diſcāt ſe ſignare ꝛ deū
oꝛare: ꝛ ꝓximuꝫ diligere. Et venit de⁹ in
p̄ma etate ꝛ non reperit fructū: ſed folia
vanitatis ꝛ non corrigunt eos ꝛ multi ex
eis faciūt malū finē ꝓpter maluꝫ regimē
pereunt in prima etate. Uidēs de⁹ qꝫ non
hꝫ fructū in p̄ma etate expectat ſecūdaꝫ:
poſtea tertiā: ꝛ tūc deus vult fruct⁹ ſuos
maiores. In iuuentute. ſ. ieiunia ordina
ta p̱ eccľiam: oꝛōnes deuotas ꝛ obſerua
tiones mādatoꝝ dei. Sed nō reperit niſi
vanitates: ſupbiā: auariciā: luxuriaꝫ ꝛc.
ludos fraudes: blaſphemias. Et deus
hoc vidēs expectat tertiū annū. ſ. tertiaꝫ
etatē: ꝛ tūc de⁹ q̄rit fructus maturos bo-
ne vite ꝛ ſanctitatis: ſed non reperit niſi
vſuras ꝛ peccata infinita: ꝛ ſic deus dicit
cultoꝛi. i. angelis. Ecce anni tres ſunt ex
quo venio q̄rens fructū in ficulnea hac. ſ.
in iſto hoīe ꝛ nō inuenio: ſuccide ergo eā
ſcꝫ gladio mortis: vt q̄d etiā terrā occu-
pat. Sed rn̄det angelus: dimitte etiā hoc
anno. ſ. vſqꝫ ad quartā etatē. ſ. ſenectutis
ꝛ ſiquidē fecerit fructū: ſinaūt ſuccides il
lam: vt cū homo cōuertit̃ ad dn̄m in ſene
ctute. O quātū placet deo: qꝛ de malo pa
gatoꝛe: vel granū vel palea. Sꝫ qn̄ nō cō
uertit̃ nec agit pn̄iam: tūc mādat illā ſuc
cidi per mortē ꝛ poni in igneꝫ: bene ergo
dicit de⁹ de hoībus infructuoſis q̄ dicū-
tur arboꝛes: ſuccide ergo illam ꝛc. Etiā
xp̄s maledixit ficulneam infructoſam ve
niendo hierľm: et ſtatim ficulnea aruit.
Mat. xxj. Ita de pſonis infructuoſis vn-
de iam ſecuris ad radicē arboꝛis poſita
eſt. Ita Mat. vij. Oīs arboꝛ q̄ nō facit fru
ctū bonū excidet̃ ꝛ in igneꝫ mittet̃. Ergo
pro concluſione dicitur Prouerb. xxviij.
Qui ſectatur ocium replebitur egeſtate
ſ. in alio mundo: ideo ꝛc.

## Tertio principali

ter vidēdū eſt de remedio ꝯ accidiā: ꝛ ſūt
multa. Primū eſt ꝯſiderare multitudineꝫ
bonoꝝ opeꝝ: nec tn̄ ſemp̱ eſt operanduꝫ
vnum: ne inducat in faſtidium: vt nō eſt
ſemp̱ oꝛandum: ſed certo tēpoꝛe: nec ſem
per ieiunandū: ſed certo tempoꝛe: ꝛ ſic de
alijs operibus. Nota exemplū de ſancto
Anthonio: qui cuꝫ eſſet in deſerto in ſua
cella: ꝛ ignoꝛaret quem modum viuendi
obſeruare deberet: venit angelus ꝛ oſtē
dit ei modū viuēdi. Dic quid fecit ange-
lus qn̄ fuit in cella: qꝛ hora matutiali po
ſuit ſe in oꝛatione p̱ magnam pauſam et
poſtea ſurgens de oꝛatione cepit laboꝛa
re manibus: poſtea hoꝛa prime iterum re
dijt ad oꝛōnē: ꝛ poſtea iuit ad laboꝛem: ꝛ
ſic de alijs hoꝛis vſqꝫ ad prādiū ꝛ vſqꝫ ad
veſperā: q̄ cū didiciſſet ſanct⁹ Antonius
dixit angelo: q̄d vult hoc dicere. Cui an
gelus oſtēdi tibi modū viuēdi: qꝛ nō ſem
per habes oꝛare: nec ſemp̱ operari: ſꝫ in-
terdū oꝛare: ꝛ interdū operari: ꝛ ſic ange
lus receſſit. ꝛ beatus Antonius conſola
tus eſt ꝛ gratias agens deo ꝯtinuauit in
ſeruitio dei. Secundū remediū eſt conſi-
deratio p̄mij eterni: ſicut hō ꝓpter opera
bona facta tempoꝛaliter meret̃ premiuꝫ



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



eternū ⁊ celeſte. Tertiū remediū eſt ſe iū gere bone ſocietati: qꝛ cū ſancto ſanctus eris ⁊c. Quartū remediū eſt incertitudo vite pñtis: qꝛ nullus ſcit quātū dꝫ viue- re. Jō dꝫ hō de bona hora opari. Eccl's ix. Quodcūqꝫ pōt facere manꝰ tua inſtā ter operare. qꝛ nec opus: nec rō: nec ſcien tia nec ſapiētia erunt apud inferos quo tu ꝑperas. Jdeo operamini bonum duꝫ dies eſt: qꝛ venit nox in qua nemo poteſt operari. Joan. ix. ⁊ hec ſufficiant.

¶ De peccato inuidie. Sermo. vij.

SEd libera nos a malo. Mat. vj. Jſta eſt ſeptima pe titio orationis dñice. Jn qua petimus ꝓtectionē tēporalē ſ. vt liberet nos deus ab oibus malis et tribulationibus huius mundi. Et iſta pe titio eſt contra pctm̄ inuidie. Cū em̄ inui dia proprie dicaꝛ malū qꝛ nullū colorem boni habet: lꝫ em̄ alia pctā aliquē colorē boni ⁊ apparentiā habeant: non tn̄ inui- dia: ideo dicit petitio. Sed libera nos a malo. ſ. ab inuidia. Quia igiꝛ iſta petitio eſt contra pctm̄ inuidie. Jdeo ſermo erit de peccato iſto ⁊ videbimus tria.

Primo ſi eſt in nobis certe.

Scdo quō diſplicet deo maxime.

Tertio quomodo poterimus leuiter remediare.

Primo dico quomodo poterimus cognoſcere ſi eſt nobis ve re: ⁊ poterimus cognoſcere ſi attēdamus qd ſit ipſa inuidia ⁊ ſue circūſtātie. Pro quo eſt ſciendū ꝙ inuidia vt dicit Aug. nihil aliud eſt ꝙ̄ triſtitia ſiue dolor alie- ne felicitatis: ſed iſta felicitas vult dice- re cōmodū alterius. Jtē iſta triſtitia con tingit quattuor modis. Primo qn̄ aliqs dolet de bono alicuius inquantū ex eo ti met ne noceat ſibi vl' aliis. Jſta em̄ triſti tia non inuidia ꝓprie eſt. Uñ Prouerb. xxix. Cū impii ſumpſerint principatū: ge met populus. Scdo qn̄ aliqs triſtaꝛ de bono alterius: non ex eo ꝙ ipſe hꝫ bonū illud: ſꝫ ex eo ꝙ videt deeſſe ſibi tale bo- num ꝙ ille hꝫ: ⁊ talis dꝛ proprie zelus ⁊ eſt laudabilis in bonis ſpūalibꝰ. ꝓme ad Corin. xiiij. Emulamini ſpiritualia. Si autem ſit de bonis temporalibus poteſt eſſe cū peccato ⁊ ſine peccato. Tertio qn̄ aliqs triſtatur de bono alterius inquan tum ille cui accidit bonum illud eſt indi- gnus: ⁊ iſta triſtitia nō pōt oriri ex bonis honeſtis ex quibꝰ aliqs iuſtus efficiꝛ: ſed ſicut dicit philoſophus ſcdo rhetorice eſt de diuitiis ⁊ de tēporalibus que poſſunt aduenire dignis ⁊ indignis: ⁊ tēporalia quidē ſm doctrinā bone fidei que indi- gnis ꝓueniunt ex iuſta ordinatiōe diſpo nuntur vel ad eoꝝ correctionē. Jdeo ta- lis triſtitia ꝓhibeꝛ in ſcriptura ps. No- li emulari in malignantibus. Et alibi pe ne effuſi ſunt greſſus mei: qꝛ zelaui ſuper iniquos pacem peccatoꝝ videns. Quar to qn̄ aliquis triſtatur de bono alterius inquātum alter excedit ipſum in bonis. Et hoc ꝓprie eſt inuidia: qꝛ dolet de eo de quo eſt gaudendū. ſ. de bono proximi ⁊ de tali triſtitia loquimur hic. Jta enim inuidia dolet de bonitate dei que nō eſt auara aliis quam vellet ſibi eſſe largam ideo illud peccatū inuidie eſt peſſimū: qꝛ eſt cōtra ſpiritū ſanctū: quod eſt inuidia fraterne grē: ⁊ directe eſt oppoſita chari tati q̄ eſt maxima iter virtutes: ⁊ iſta in- uida habet quinqꝫ filias in ſeipſa.

Prima eſt detractio.

Secunda ſuſurratio.

Tertia triſtitia de bonis.

Quarta gaudium in aduerſis.

Quinta mala voluntas.

¶ Prima igitur eſt detractio. q̄ eſt deni- gratio aliene fame ꝑ occulta ꝟba. vt qn̄ aliqs alicui detrahit ipm̄ diffamando de aliquo pctō apud aliquos: tn̄ illo ignorā te cui detrahit. Uerbigratia: qn̄ in pñtia multoꝝ de aliquo homine dꝛ: quid dicis- tis de tali: certe fecit ſic: ⁊ ſic de aliis. Jtē faciūt mulieres in carreriis exiſtētes qn̄ venit aliqua mulier inꝰ pñtia ſui applau- dunt: ⁊ poſt in ſecreto dicūt inter ſe. O de illa putana fuit reperta cū tali hoie: ecce detractio. Jſta aūt detractio fit duplici- ter directe vel indirecte. Directe multi- pliciter. Primo falſe imponendo alteri. Scdo modo pctm̄ augēdo. Tertio modo ipſoꝝ pctm̄ occultū reuelando. Quarto modo qn̄ illud qd eſt bonū dicit malum ꝑuerſa intētiōe: puta diues dat pauperi iuuēcule vnā tunicā amore dei: dicit de- tractor ꝙ fecit mala intētiōe. ſ. vt pecca-

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

ret cu; ea. Indirecte aũt aliq̃s denigrat
famã alterius qñ bonũ qđ in eo eſt dene
gat vel reijcit malicioſe ecce q̃d eſt detra
ctio. Unde merito tales qui ſic detrahũt
cõparant̃ ſerpenti. Eccles. x. Si mordeat
ſerpẽs in ſilentio: nihil eo minus habet
q̃ occulte detrahit. Not. quare detractor
cõparatur ſerpenti: q: ſerpẽs habet tria.
Primo eſt animal ꝓditorie i ſilẽtio mor
dẽs: ſic detractor eſt ꝓditor: q: illos mor
det retro quos dũ preſentes ſunt amare
ſe ſimulat. Et ſicut ſerpens verbis ꝛ tu
multibus hominũ deterret̃: ꝛ ſtatim ta
cet: ſic detractor timet eũ cui detrahit dũ
videt venire dicẽs taceatis: q: ſtatim ve
niet. Scđo ſerpens tortuoſe incedit: ſic
etiam detractor du; a laude eius incipit
cui vult detrahere dicẽs. Certe talis eſt
bonus ſi non eſſet ꝛc. ꝛ finit in vituperiũ
eiꝰ. Uerbigrã. dũ aliqui ſunt in vinea di
cunt: quid dicitis de tali religioſo: dicet
detractor: vere ipſe eſt bonus homo ꝛ bo
nus predicator ꝛ gratus: ſed ſi ſciretis q̃
ego ſcio quoniã ſic ꝛ ſic eſt: ecce tortuoſi
tas. Unde vt fides ei adhibeat̃ dicit: nõ
dico malo animo nec animo vindicte: im
mo diligo ipſum ꝛ facerẽ ꝓ ipſo plus q̈
ipſe credat: ſed certe vidi hoc. ꝛ hoc in ta
berna maxime accidit. Et reperiunt̃ mul
te mulieres que ſic detrahunt qñ ſunt in
carrerijs vel in furno que diffamant ab
ſentes: ꝛ tñ in preſentia non auderent di
cere immo faciunt eis magnũ feſtum in
uitando eos ad potum tranſeundo ante
domũ ipſarum ſ; in abſentia detrahunt
ecce tortuoſitas ſerpẽtis: in ꝑncipio lau
dare hominem ꝛ in fine vituperare. Ter
tio ſerpẽs terrã comedit ita detractor qđ
eſt terrenum ꝛ infirmũ in ore ſuo verſat.
Jđ dicit autoritas. Si mordeat ſerpens
ꝛc. Dic q̃uo tales detractores tenentur
ad reſtitutionẽ fame alterius: al's nunq̈
intrabunt paradiſum. Prouer. xxij. Me
lius eſt nomẽ bonum q̈ diuitie multe ſu
per argentum eñ ꝛ aurum gratia bona.
Scđa filia eſt ſuſurratio. Jta dicunt̃ illi
q̃ volũt ponere inimicitias ſuſurrationẽ
ꝛ diuiſionem inter amicos. Sunt eñ ali
qui maledicti inuidentes: qui qñ vident
ꝙ aliqui adinuicem ſe diligunt: ꝓ occul
ta verba ponũt malum: ꝛ diuiſionem in
ter eos dicendo. O iſte quẽ ſic diligitis
dixit hoc de te ꝛc. Nota cõtra ponẽtes di
uiſionẽ inter virum ꝛ vxorẽ in matrimo
nio qñ vident ꝙ vir diligit vxorẽ ꝛ econ
uerſo: ꝛ ſunt aliqui adeo maledicti q̃ po
nunt inter ipſos diuiſionem dicẽdo vxo
ri ſic ꝛ ſic fecit maritꝰ veſter cũ alijs mu
lieribꝰ. ꝛ marito: ſic ꝛ ſic fecit vxor veſtra
Nam heri loquebatur cu; tali: ꝛ hoc eſt
maximũ pctĩ. Nota exemplum qđ legit̃
in libro de donis ſpiritusſancti: ꝙ fuit q̃
dam mercator habens bonã vxorẽ ꝛ de
uotã: ꝛ diligebant ſe inuicem intantum
ꝙ demon fuit in domo illius mercatoris
per quadraginta annos ꝛ non potuit po
nere diuiſionẽ iter eos: ꝛ quadã nocte q̃
dam vetula ſortilegiabat intra domum
illius mercatoris: cui dixit ille demon ꝙ
non poterat ponere diuiſionẽ ꝛc. ꝛ modo
volo recedere q: nihil poſſum facere. O
maleſtru. dixit illa vetula dicitur ꝙ vos
demones ſcitis oĩa mala mũdi ꝛ omnes
cautelas: ſed modo cognoſco ꝙ parũ va
letis: quid vis mihi dare ꝛ ego die craſti
na intra vnam horam ponam diuiſionẽ.
Et demon dixit ſibi. Ollam plenã auro.
Et de mane vetula iuit ad domũ illius
mercatoris ꝛ emit ex illis pecunijs duas
vlnas pãni dicẽs ꝙ volebat dare cuidã
puelle iuueni ꝛ pauperi ꝛ dixit ꝙ veniret
ꝛ ſcinderet pãnum ꝛ daret illi puelle. Li
benter dixit mercator ꝛ ipſa ſoluit ꝑciũ.
Et vetula iuit ad puellam que erat. xvj.
annoꝝ dicens ꝙ iret ad domũ talis mer
catoris ꝓ panno: quam ipſa ſibi dabat.
Et vetula obſeruabat ꝙ vxor illius mer
catoris iret ad eccleſiã ꝛ ſecuta eſt: ꝛ po
ſuit ſe poſt eam ꝛ cepit gemere et flere.
Quam dña intuens ait: cur fletis bona
dña. Reſpõdit o dña ſi vos ſciretis bene
deberetis flere: q: dñs veſter nõ tenet vo
bis tantam fidelitatem quãtam creditis
immo dixit dña: nunquid vidiſtis ſini
ſtrum in viro meo quare dicitis hoc. Re
ſpõdit ipſa: vidi puellam modo in domo
veſtra: ꝛ ipſe dabat ſibi panũ quo indua
tur. Quod dña audiens tota furibunda
venit ad domum ꝛ videns puellam cum
panno clamauit contra maritum: dicẽs.
O ribalde cõfidebam de te ꝙ tu eſſes mi
hi fidelis ꝛc. Et venerũt parẽtes ꝛ amici
et de vno menſe non potuerunt ponere
pacem quouſq; veritas fuit ſcita. Ecce



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

quantum vetula potuit plus ꝙ demon: ecce ſuſurratio. Alij ſunt qui ponunt diuiſionem in cōitate faciēdo monopoliū cum illo ⁊ cum alio: qñ cōitatez vidēt bene regi ꝑ aliquos: ⁊ inuidentes eis ꝯmouent populuz contra eos: ⁊ ſic ponūt diuiſionem inter eos: ⁊ eſt maximū peccatum. Nota quō accidit talibus ſicut accidit tempore Moyſi tribus ſuſurronibus ſ. chore dathan ⁊ abyron. Nume. xvj. qui videntes ppl'm gubernari per moyſen ⁊ Aaron inuidentes ſuſurrauerūt populo dicentes ꝙ ipſi erant ſufficiētes regere ppl'm. Quod audiens Moyſes ait. q̄re cōmouetis ppl'm: creditis ꝙ niſi dñs mihi mādaſſet accepiſſem regimē. Qui dixerūt ꝓ certo nos gubernabimꝰ ſicut vos. No. quō in craſtinū fecerūt ſacrificiū: ⁊ Moyſes orauit di. Dñe deꝰ accipe ſacrificiū illoꝝ. Dic quō apta eſt terra ⁊ deglutiuit dathan ⁊c. Unde Prouerb. vj. dñs deteſtaꝛ eū q̄ ſeminat inter fr̄es diſcordias. Dic quō ſuſurratio ⁊ detractio ꝯueniūt in materia ⁊ forma loquēdi: qꝛ ambo in occulto: ſed differunt in fine detractor enī itēdit denigrare famā ꝓximi ſuſurrator aūt intendit ponere diuiſionē Jō dicit ſcptura Leui. xix. Nō eris ſuſurro in ppl'is. Tertia filia eſt triſtitia de bono ꝓximi: qñ inuidus videt ꝓſperari ꝓximū in bonis q̄cunq; ſint illa: ſemp triſtaꝛ: vñ inuidꝰ libēter patereꝛ: vt ille cui inuidet male hr̄et. Dic exēplū de auaro ⁊ inuido inter q̄s rex voluit ponere guerrā qbꝰ dixit ꝙ volebat eis dare multa bona: iſto modo ꝙ ille q̄ vltimo peteret haberet duplum: ⁊ iſti duo habuerunt magnam altercationem inter ſe q̄s prio peteret et dicebat auarꝰ inuido ꝙ primo peteret vt ipſe duplum haberet dicebat inuidus non faciam: qꝛ tu haberes duplū finaliter rex mandauit ꝙ inuidus primo peteret ⁊ inuidus totus triſtis in ſe dixit Si petis pecunias iſti duplicabunꝛ. idē ſi petis caſtra vel honores finaliter melius eſt ꝙ petas vt eruatur tibi vnꝰ oculus vt tandem alius perdat duos: quod ⁊ fecit. Jſti tales inuidi aſſimilanꝛ cayn qui inuidia motus occidit fratrem ſuum Abel. Gen. iiij. Quarta filia eſt gaudiuz ⁊ exultatio in aduerſis proximi: qñ enim inuidus audit aliquid mali aduenisse ꝓximo: vl' in bonis vel in perſona: gaudet ⁊ inflammetur: ⁊ hoc eſt magnum peccatum. Jſti duo modi predicti ſunt contra charitatem: qꝛ charitas eſt gaudere cuz gaudentibus ⁊ flere cum flentibus. Roma. xij. Nota gaudere cuz gaudentibus ſcilicet perſona que eſt in charitate gaudet ⁊ letatur in proſperitate proximoruz ſuoꝝ. Flere cum flentibus. i. triſtari cuz aduerſitatibus aliorū per cōpaſſionem Quinta filia eſt odium vel mala voluntas ꝓpter quaz homo inuidet ⁊ appetit vindictam de inimico: qꝛ talis mala voluntas procedit ex ira: ſed iſta mala voluntas dicitur quando homo hz odium ad ꝓximū affectando ⁊ appetendo vindictam circa bona temporalia ne proſperetur. Uide ſecunda ſecunde. qō. clviij. de odio art. vij. quomodo odium oriatur ex ira. aliquando ex inuidia: ⁊ tantū de primo principali.

## Scdo videndū eſt

quō inuidia deo diſplicet. Et hoc oſtenditur ſi attendatur ad mortem humanā. Nam dicit magiſter ſniaꝝ in ſcdo ꝙ deꝰ creauit hoiem primum immortalem ex priuilegio ⁊ ſi nō peccaſſet nō fuiſſet mortuus: ſed ꝓpter peccatum inuidie qđ cōtra ipſum fuit. Primo comederūt de fructu vetito: ⁊ ſic incurrerunt mortē. Dicaꝛ primo quomodo fuit ibi inuidia: qꝛ lucifer videns ſe eiectum de paradiſo: et videns hoiem poſſe poſſidere paradiſum inuidit ſibi ideo tentauit eum. Sapiē. ij. inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarū. Jtem contempletur. ſ. ꝙ propter peccatū inuidie angeli facti ſunt demones: qꝛ cū eſſent ſine macula ⁊ ſine peccato fuit reuelatum ꝙ eſſet vnus homo q̄ exaltaretur ad equalitatem dei ⁊ lucifer hoc videns cogitauit ſe digniorez illo dicens. Jn celuz conſcendam ⁊c. Eſa. xiiij. Jtem oſtēdiꝛ hoc peccatū eſſe diſplicibile propter mortē xp̄i: quia ex parte iudeorum mortuus eſt propter inuidiam: vnde peccatū non fecit propter quod deberet mori. vnde pilatꝰ bene ſciebat ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum. Math. xxvij. De hoc prophetauit Job. v. Paruulum occidit inuidia. Nota paruulum. i. xp̄m quē puulū herodes occidere voluit iō ⁊c.

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Tertio principaliter eſt videdū de remedijs: ꝛ ſunt multa. Primū eſt cogitare quō oēs ſumꝰ fratres ꝛ ſimiliter debemus de bono fratris gaudere: ꝛ cōpati ſibi de malo. Dic quomodo nos ſumus fratres: attinemus nobiſ ipſis plus ꝙ angeli ſibijpſis: ꝛ tñ ſemper habent pacē: nec ſibi inuident. Item ſumus omnes fratres ſpūales. Mat. xxiij. Oēs vos fratres eſtis. Scōm remediū eſt cogitare quō inuidus ſemp eſt in anxietate. Tertium eſt cogitare fraternitatē paradiſi: quā ſi hic nō habes: nec illic. Ideo pro cōcluſione. j. Pet. ij. Deponētes omnem maliciā ꝛ oēm dolum: ꝛ ſimulationes: ꝛ inuidias: ꝛ detractiōes: ſicut modo geniti infantes rationabiles ꝛ ſine dolo lac cōcupiſcite. ꝛ ſic finis ꝛc.

¶ In iſtis capitulis. Primo ponit̄ quibꝰ comparatur peccm̄. Scdo quale damnum facit quodlibet peccatū.

¶ Proprietates ſiue cōparationes ꝛ dāna ſuperbie. Cap. j.

Superbia multis rebus comparat̄. Primo vento: qꝛ ſicut ventus leuat puluerem de terra: ſic ſuperbia humilitatē de corde: qꝛ puluis es: et in puluerem reuerteris. Gen̄. iij. Scdo cōparatur fumo: quia ſicut fumus magis aſcendēdo magis deficit: ſic ſuperbꝰ magis exaltatus plus euaneſcit. ps. Mox vt exaltati fuerint honorati: deficientes tanꝙ fumus deficient. Tertio comparatur aranee: quia ſicut aranea ſe euiſcerat extendēdo telā vt muſcas capiat: ſic ſuperbꝰ perdit animā ſuā vt capiat laudē humanā. Eſa. lix. Telas aranee texuerūt. Quarto cōparat̄ feretro: qꝛ ſicut feretrū tunc ſolū ornat̄ cū mortuus in eo ponitur: ſic homo ꝛ mulier precipue cū ornāt feretrum corporis oſtendunt animā ſuā intus eſſe mortuā p ſupbiā. Quinto cōparatur galline: qꝛ ſicut gallina ſtatī cū poſuerit ouum clamat: ſic ſtatim ſuperbus vult videri ab hoībus cū fecerit aliqđ bonum. Mat. xxiij. Oīa opera ſua faciant vt videantur ab hoībus. Sexto cōparatur lupo. dicit̄ ꝙ lupus vno mēſe viuit vento: ita homo ſuperbus vno menſe in menſura vite ſue viuit vento ſupbie. Ozee. xij. Effraym paſcit ventum: ꝛ ideo eſt ſemp laudū famelicus. Nota damnū hoiem facit penitꝰ infelicē. Supbus eñ adeo eſt infelix: ꝙ de bono ſemine malā meſſem colligit: qꝛ que ſunt bona in malum cōuertit: de ſanitate infirmat̄ de vita morit̄: de medicina vulnerat̄: de victoria vincitur: ꝛ a mortuo occidit̄. Hec eñ oīa eueniunt ſuperbo: qꝛ gloriatur ꝛ ſupbit de bono: ꝛ ſic de bono efficit̄ malus ꝛ de virtuoſo vitioſus: ꝛ ideo cōtritio et infelicitas in vijs eoꝝ: ꝛ hec de ſupbia.

¶ Proprietates ſiue cōparationes ꝛ dāna auaritie. Cap. ij.

Auaritia cōparatur primo ſterquilinio: qđ aggregatum corrumpit ꝛ fetet: diſperſū vo facit agros fructificare: ſic diuitie auari ꝙdiu ſūt cōgregate animā corrumpunt: ſed diſperſe pauperes nutriunt: ꝛ peccata redimunt. iuxta illud. Luce. xvj. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis. De iſto ſterquilinio loquit̄. Ezech. vij. Aurū eoꝝ in ſterquiliniū erit. Scdo cōparatur porco qui nihil valet qñ viuit: ſed cum incipit mori: incipit valere. Sic auarus nihil valet in vita: quia viuens non vult reſtituere: nec elemoſynā dare: ſed moriens tūc incipit liberalis eſſe. Nam diuitie deſerunt eū: ꝛ relinquit ipſas diuitias: ſicut canis ſequens duos hoīes in itinere: ſed qñ ſeparant̄: tunc ſequitur dñm propriū: ſic diuitie ſequunt̄ mundum: ꝛ dimittūt auarū. Nā dicit apoſtolus prime ad Timo. vj. Nihil intulimus in hunc mundū haud dubiū: qꝛ nec auferre qđ poſſumꝰ. Nota damnū auaritia facit hoiem ſeruū nā diuitie non ſunt auaroꝝ: immo auari ſunt ſerui diuitiarū. Ideo ps dicit. Viri diuitiarū: non dicit diuitie viroꝝ. Scdo facit hoiem ſtultū: nā ſtultus non precauet periculum ꝙuis ſit ꝓpinquus. Ideo dicitur de auaro. Luc. xij. Stulte hac nocte repetent aiam tuam a te. ſ. demones: que aūt paraſti cuius erunt. ps. Theſaurizat ꝛ ignorat cui cōgregabit ea. Item hoies inſatiabiles facit. Eccl'ſ. x. Auarus non implebitur pecunia.

¶ Proprietates ſiue comparationes et



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

damna luxurie. Capl'm.iij.

Luxuria cōpa-
tur primo gehennei ardenti.
Nam in gehēna ſunt ſpecia
liter tria.ſ.ignis ardens ver
mis rodēs ⁊ ſulphur fetens. Sic in pec-
cato luxurie eſt ignis concupiſcentie: ver
mis.i.remorſus conſcientie: ⁊ ſulphur fe
tentis infamie: ⁊ ideo qui eſt in peccato
luxurie: iam eſt in ſupplicio gehēne. Un-
de dicitur Mat.v. Expedit tibi.ſ.luxurio
ſo vt pereat vnum membroꝝ tuoꝝ.ſ.vi-
liſſimū ⁊ innominandū. Scđo comparat̃
fatuo bellatori ĩ armis: qui nimis timet
hoſtē ſuū qñ vidēt eū armatū meli⁹. Ar
ma diaboli ſunt mulieres: ipē ſunt bali-
ſte diaboli in q̇bus.ſ.diabolus ponit ve
xilla ſua.i.diuerſa paramēta: vt in corni
bus: cauda: ⁊ pilis. Nota q̄ño diabol⁹ ſe
det in cauda: qꝛ quedā mulier eundo ad
eccleſiā portabat vnū demonē ſuper ma
gnam caudā ⁊ longā ſue tunice: ⁊ cū ele-
uaret caudā propter lutū: demon cecidit
⁊ quidā ſanctus homo hoc videns riſit.
Nota damnū: quia interficit aīam ⁊ cor-
pus: ⁊ conſumit bona omnia.

¶ Proprietates ſiue comparationes et
damna ire. Cap.iiij.

Ira compara
tur p̄rio olle feruēti: qꝛ ſicut
olla bulliēdo emittit aquaz:
ſic iracūdus bulliēdo p iram
emittit ſtultitiā ⁊ verba inordinata. pro-
uerb.xv. Os fatuorum ebullit ſtultitiam
Scđo comparat̃ apro. Nā ſicut aper ex
feruore currit cōtra venabulū: ſic iratus
currit ad pctm̄: ſicut ad tētationē: iniuriā
homicidiū ⁊c. De talib⁹ dꝛ puer.i. Pedes
illoꝝ ad malū currūt. No. malū q̄ indu-
cit ira. Reddit hoiez ſtultū ⁊ q̄ſi rabidū.
Uñ eo tpe q̄ño hō eſt iratus: perit ratio ⁊
humanitas in hoīe: ⁊ ſic per conſequens
homo morit̃: ⁊ beſtia efficit̃. Naz homo
eſt aīal manſuetū. vt dicit phs. De ſtulti
tia iracundi dꝛ Job.v. Uirū ſtultū interfi
cit iracundia. Scđo aufert homini ſeipz
ſicut cōmuniter dicitur: homo nimis tur-
batus non eſt in ſeipſo: ſatis autem dā-
nificatur qui perdit ſeipm̄. De tali dam-
no dicitur Prouer.xix. Qui impatiēs eſt:
ſuſtinebit damnū. ſicut patientia ecōuer
ſo ſeruat homini ſeipſum. Lu.xxi. In pa
tientia veſtra poſſidebitis aīas veſtras.

¶ Proprietates ſiue comparationes et
damna gule. Cap.v.

Gula cōparat̃
porco. Nam ſicut porcus eſt
animal deditū gule ſic gulo
ſus nutrit porcos et impin-
guat bacones ſuos.ſ.guloſos: vt poſtea
ad infimum inferni ponat: ⁊ eos in eter-
num deuoret. Unde dicitur Mat.viij. Si
eĳcias nos hinc: mitte nos in gregē por
corū.i.guloſos. Unde Eccli.xxxvij. Pro
pter crapulam multi obierunt. Et Geñ.
xxv. de Eſau. ⁊c. Guloſi gula vēdūt p̄mia
eterna ⁊c. Mala que facit. Nota primuz
quod gula inducit: eſt mētis duricia q̄tū
ad defectū ꝯpaſſionis: nulla cōpaſſione
mouentur ad pauperes: ac ſi eſſent ani-
malia bruta. et ideo dicitur Amos.vi.
Bibentes in phialis vinū: et optimo vn-
guento delibuti: nihil compatiebant̃ ſu-
per contritione Joſeph.

¶ Proprietates ſiue comparationes
⁊ damna inuidie. Cap.vi.

Inuidia ſiue i-
uidus ſil'is eſt leproſo: iude
traditori: ⁊ diabolo. Prio le-
proſus vellet q̄ nullus eſſet
ſanus. diabolus vellet q̄ nullus eſſet bo
nus. Uñ dꝛ Sapien.ij. Inuidia diaboli
mors introiuit in orbem terraꝝ. Judas
contriſtatus eſt de effuſione vnguenti ſu
pra xp̄m. Mat.xxvi. Sicut inuidus infi-
cit ſicut ipē leproſus. Diabolus dolet de
bono proximi: ⁊ admodū iude ꝓditoris
triſtatur de bona fama. magnā iniuriaz
faceret deus inuido ſi poneret eum in pa
radiſo: moreretur ex dolore ſi videret ali
quos inter tot bona gaudere: qꝛ totū vel
let pro ſe: ⁊ iō non intrabit ⁊c. Nota dam
num. inuidia claudit viā ſalutis: aditum
paradiſi. eſt enim blaſphemia cōtra ſpm̄
ſanctum: que non remittitur in hoc ſecu
lo nec in alio: vt dꝛ Matt.xij. Sunt enim
ſex peccata in ſpūm ſanctū quorum inui
dia eſt vnum.ſ.inuidentia fraterne gra-
tie: preſumptio de impunitate: impugna
tio veritatis agnite: obſtinatio mētis: de

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

ſperatio ⁊ finalis impenitentia. Hec impugnant ſpūm ſanctum.

Proprietates ſiue comparationes et damna accidie. Cap. vij.

ACcidia comparat̃ ſalicibus: q̄ ſunt arbores infructuoſe: ⁊ ſolū faciūt vmbrā: ſic accidioſi nullū faciūt fructū: ſed ſolū faciunt vmbrā diabolo ⁊ refrigeriū vñ diabolo dr̄ Job. xl. Circūdāt eū ſalices torrentis. Ita accidioſi ſūt ſicut ſalices īfructuoſe. No. mala accidia facit hominē pauperē tã tēporalit̃ q̄ſ ſpiritualit̃. Prouer. x. Egeſtatē operata eſt manꝰ remiſſa. ⁊ Mat. xxv. dr̄ de vno pigro Tollite talentū ab eo: qr̄ vere talē tū gratie meret̃ amittere q̄ illud negligit multiplicare. Et facit hoīem vilē. Eccl'i. xxij.. In lapide luteo lapidatꝰ eſt piger Lapis luteꝰ pōt dici peccatū immundū ad quod accidia facit hoīem venire. Et ſic eſt finis ſermonum qui habentur ſuꝑ oratione dominica.

¶ Sequunt̃ eiuſdē quidā alij ſermones.

¶ De predeſtinatione ſm̄ doctrinā beatiſſimi Vincentij. Sermo. viij.

MAnete in me ⁊ ego in vobis. Jo. xv. In iſto ſmōe declarabo tres doctrinas ſiue concluſiones in quibus conſiſtit fundamental'r et totaliter materia predeſtinationis. Iſta doctrina erit bona ad illuminandum intellectus noſtros ⁊ accēdendū effectꝰ. Sed prius ſalutetur ⁊c. Manete in me ⁊c. Habemus in hoc ſermone tres concluſiones.

Prima q̄ deus ante mūdi creationeꝫ eternal'r elegit bonos certitudinaliter.

Secūda q̄ predeſtinatio vel preſcientia non tollit liberum arbitriū: ſed remanet liberaliter.

Tertia q̄ ſiue preſciti ſiue predeſtinati debemꝰ viuere bene ⁊ ꝑſeueranter. A

Prima ergo cōcluſio q̄ deꝰ elegit eternal'r añ mūdi cōſtitutionē bonos certitudinal'r. Qr̄ anteq̄ȝ aliquid crearet. ſ. celum vl' angelos ſciebat quod prelati: quot religioſi eſſent in mūdo de q̄bus tot ſaluarent̃: ⁊ ſic d̄ quolibꝫ ſtatu. Iſtud declarabo ꝑ ꝑabolā de rege volēte facere nuptias filio ſuo q̄ fac̃ q̄nqꝫ

Primo ſcribit inuitatos q̄ ⁊ quot erūt ⁊ iuxta qualitatē ⁊ quātitatem ⁊ conditionem eorum diſponit

Scd̄o eligit ⁊ diſponit locū ſiue aulā vbi comedant.

Tertio ordinat de eſcis.

Quarto de ſeruitoribus diſcretis ⁊ bene ſenſatis.

Quinto ordinat loca vbi ꝑparabunt̃ inuitati vt poſſint mutare veſtes ⁊c.

Et deinde ſequitur executio cōuiuij. Mō intelligatis totam dei ordinationē ante creationē mūdi: ⁊ poſtea voluit deus facere ꝯuiuiū nuptiale de filio ſuo aſſumēte humanā naturā in vnitate perſonali. Quia ſicut vir ⁊ vxor nō ſunt duo ſed vna caro vt dr̄ Mat. xix. Sic diuinitas ⁊ humanitas in xp̄o ſunt vna ꝑſona. Hec natura fuit deſponſata in aula vteri virginalis. De iſtis nuptijs dr̄ Mat. xxij. Simile eſt regnū celoꝝ homini regi qui fecit nuptias filio ſuo. Et anteq̄ȝ aliquid expenderet ſcꝫ crearet: elegit dicēs tot prelati comedent in conuiuio: ⁊ ſic de alijs ſtatibus. ⁊ illa electio eterna dicitur predeſtinatio. i. prius ante creationē deſtinatio. Preſciuit etiā dānatos: ſed nō dicit̃ electio vel predeſtinatio: quia non elegit aliquem ad damnationem: ſed preſciuit q̄ talis eſſet damnatus ⁊c. De iſta auteꝫ electione auctoritas Ephe. j. Elegit nos deus ante mūdi conſtitutionē: vt eſſemꝰ ſancti ⁊ immaculati in conſpectu eius in charitate: qui predeſtinauit nos in adoptionem filioꝝ per ieſum xp̄m. Scd̄o diſpoſuit de loco. Videns deus in libro predeſtinatiōis tot nobiles iuitatos: ex iſta ratione creauit celum impyreum: nō pro ſe: quia iam habitabat in palatio ſue eternitatis. Eſa. lvij. Excelſus ſublimis ⁊ habitans eternitatē. ⁊ ſanctum nomen eius in excelſo. De cuius domo Baruth. iij. O iſrael q̄ȝ magna eſt domꝰ dei: ⁊ ingēs locus poſſeſſionis eius. Magnus ⁊ nō habens finem: excelſus ⁊ immēſus. Et ſicut palatium regis facientis nuptias eſt ornatum optime ⁊c. Sic etiam celū empyreum. De quo vide ſanctū Tho. j. parte q. lxvj. art. iij. Da quo dicet xp̄s in die iudicij. Mat. xxv. Venite benedicti patris

Biblioteca Valenciana

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

mei: poſſidete paratū vobis regnū a ꝯſti
tutione mūdi. Tertio oꝛdinauit de eſcis
diuerſis. ſ. gradus glꝛie ⁊ fruitionis: oꝛdi
nes ⁊ diſtinctiones angeloꝝ ⁊ ſanctoꝝ.
De quibus xp̄s. Joā. xiiij. Jn domo pa=
tris mei manſiones multe ſunt. Et Luce
xxij. dicit. Edatis ⁊ bibatis ſuper mēſaꝫ
meam in regno meo. Dic qūo ibi non eſt
potatio ⁊c. ſed methaphoꝛice pro appre=
henſione gloꝛie ⁊c. Quarto creauit an-
gelos vt ſeruitoꝛes ⁊ miniſtros ꝯuiij. Si
dicatur. Notabilioꝛes ſunt ſeruitoꝛes ꝙ
recumbētes. Rñſio ꝙ nos ſumus paren
tes ſponſe. ſ. nature humane. Jdeo vult
rex ꝙ ſedeamꝰ. Sicut ſi rex duceret vxo=
rē filiam paſtoꝛis: nobiles ⁊ milites ſer=
uirent ſuis parentibus. Jta xp̄s accepit
naturā humanā: ⁊ vult ꝙ angeli ſeruiāt
⁊c. Autoꝛitas heb. j. Nōne oēs ſunt ad=
miniſtratoꝛij ſp̄us in miniſteriū miſſi ꝓ=
pter eos qui hereditatē capiunt ſalutis.
Nota oēs vł̄r ⁊c. Quinto fecit mundum
vt hic paremus nos ⁊ lauemus manus
a pctīs per pniam: ⁊ mutemus veſtes. Si
eſtis indutus veſte antiqua ſupbie: mu=
tetis: ⁊ capiatis veſtē nouā humilitatis
⁊c. ⁊ ſic de alijs. Eccl̄s. iij. Cūcta fecit do
minus bona in tp̄e ſuo: ⁊ mūdū tradidit
diſpoſitioni hoīm: al̄s diſputatiōi. ſ. acti
ue ⁊ paſſiue: vt diſponāt ſe ⁊ diſponāꝛ: di
gnificādo ſe ad cōuiuiū. Ecce q̄d eſt p̄de
ſtinatio. Et ptꝫ prima cōcluſio. Que etiā
ſcribiꝛ. Ro. viij. Quos preſciuit ⁊ p̄deſti-
nauit, confoꝛmes fieri ⁊c. Quos autē pre
deſtinauit: hos ⁊ vocauit: ⁊ quos voca=
uit: hos ⁊ iuſtificauit. quos aūt iuſtifica=
uit: illos: ⁊ magnificauit ⁊c. Sed eſſet ar
gumentū in oppoſitū. diceret aliq̄s. De
predictis quinqꝫ cauſis quinta. ſ. ꝙ iſte
mundus eſt factus ad parandū ſe: repu
gnat prime: qꝛ ſi ſumꝰ p̄deſtinati: vel pa
remus nos vel non: erimus illic: qꝛ ſcien
tia dei nō pōt falli ⁊c. Rñdeo ꝙ iſtud ar
gumentū ꝯtinet ignoꝛantiā vel inaduer
tentiam. Ac ſi rex inuitaſſet tot nobiles
ad nuptias filij ⁊c. Et illi dicerent. Quid
opoꝛtet me parare? Nunquid eſſet ſtulti
tia? imo deberent dicere. Ex quo rex in
uitauit me: ideo opꝫ me bene parare: qꝛ
ſi male paratus veneritis: nō intrabitis
q̄ſi eritis in poꝛta. ſ. moꝛtis. p̄s. cxvij. hec
poꝛta dñi iuſti intrabunt in eā. Sꝫ dice=
tis. Et nunq̄d poteſt falli diuina prede=
ſtinatio? Rñdeo ꝙ nulla mutatio creatu
raꝝ arguit vel ponit mutationē in deo.
Dic parabolā Mat. xxv. de decē virgini
bus inuitatis ⁊c. Not. dicunꝛ decē ꝓpter
obſeruantiā decē preceptoꝝ ⁊ virgines
ꝓpter puritatē quā debēt habere q̄ ha=
bent intrare. Et quinqꝫ erāt prudētes: qꝛ
parauerāt ſe. Et quinqꝫ fatue: qꝛ non pa
rauerant ſe ratione infallibilitatis dicen
tes rationē predictā ⁊ argumētū. Ex quo
ſumus inuitate: ibi erimus recepte. Jdeo
vocat eas fatuas. Nota. Et que parate
erāt intrauerūt cū eo ad nuptias: ⁊ clau=
ſa eſt ianua. ſ. nō paratis. Poeta Ouidiꝰ
Nocuit differre paratis. Nouiſſime ve=
niunt relique virgines ⁊c. Nō eſt ex hoc
deꝰ variabilis ⁊ mutabilis in ſua ſciētia
ſed cōuiuiū includit diſpoſitionē intran=
tis. Ptꝫ ſtultitia multoꝝ dicentiū. Quid
me opꝫ parare ⁊c.? Rñdeo ꝙ ſi deus ore
ſuo tibi dixiſſet ſaluaberis ⁊ alteri dāna
beris. Jntelligiꝛ cōditionaliter. Nā etiā
ſi eſſet poſſibibile ꝙ aliquis nō paratus
intraret: expelleretꝛ. vt dicit ipſemet xp̄s.
Mat. xxij. Jntrauit auteꝫ rex vt videret
diſcumbentes: et vidit ibi hominem non
veſtituꝫ veſte nuptiali ⁊c. ⁊ dixit. Amice
quomodo huc intraſti ⁊c. Fac ergo cōſe
quētiam. Si illi qui ſunt intus eſſent im
parati expellerentur: quomodo tu intra
bis nō paratus? Jdeo Mat. xxiiij. Eſto=
te parati ⁊c. Si dicatur. O ergo deꝰ ⁊ eiꝰ
predeſtinatio mutatur non eſt verū: ſed
p̄deſtinatio includit preparationē. Deꝰ
eñ nō mutatur: vt dicit Boetiꝰ. iij. lib. de
conſol. metro. ix. ſed creature mutantur.
Nota exemplum de barcha ſiue naui in
mari ⁊ rupe ⁊c. Jta iſte mūdus eſt flumē
Unde. ij. Reg. xiiij. Ecce oēs moꝛimur: ⁊
quaſi aque dilabimur in terrā. Et videꝛ
nobis ꝙ ſaxū. i. deus moueatur ſiue mu
tetur. nō eſt verū. Jō paremꝰ nos per bo
nam vitā: qꝛ al̄s erimꝰ male ⁊c. Ecce au
toꝛitas: ⁊ eſt verbū dei ꝑ os ꝓphe. Eze.
xxxiij. Hec dicit dñs deus. Si dixero iu
ſto ꝙ vita viuat: ⁊ ꝯfiſus i iuſtitia ſua fe
cerit iniquitatē oēs iuſtitie eiꝰ obliuio=
ni tradenꝛ: ⁊ in iniquitate ſua quam ope
ratus eſt in ipſa moꝛieꝛ. Jtē de preſcien=
tia ibi dicitur. Si dixero ipio moꝛte mo
rieris: ⁊ egerit pniam a peccato ſuo: fe=

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

eritq3 iudiciu3 ⁊ iuſticiā ⁊c. vita viuet ⁊ nō morieẗ. Sicut ergo pdeſtinatio includit diſpoſitionē: ita pſcientia indiſpoſitionem. Ideo dicit deus hieremie. xviij. Repēte loquar aduerſum gentē ⁊ aduerſus regnū vt eradicē ⁊ deſtruā ⁊ diſpdā illud. Si pniam egerit gens illa a malo ſuo quo locut⁹ ſum aduerſus eā: agā et ego pniā ſup malo quod cogitaui vt facerē ei. Si vis potes videre totū capitulum. Nabuchodonoſor in decret3. xxiij. q. iiij. vbi multa de hoc. B

## Scđa concluſio q̄

pdeſtinatio diuina ⁊ eterna de bonis et pſciētia de malis nō tollit nec īpedit liberū arbitriū: imo remanet in ſua libertate. al's ſine meritis ſaluareẗ ⁊ ſine demeritis dānareẗ quia ſi quis non haberet liberū arbitriū non peccaret ⁊c. Iſta cōcluſio poniẗ Eccli. v. De⁹ ab initio cōſtituit hoīe3 ⁊ reliq̄t eū in manu ɔſilij ſui gloſ. interli. In libertate liberi arbitrij. Sequiẗ adiecit illi mandata ⁊ precepta ſua. Si volueris mādata cōſeruare ɔſeruabunt te. Appoſuit tibi aquam ⁊ igne3 ad qđ volueris porrige manū tuā. Ante hoīem vita ⁊ mors bonū ⁊ malū qđ placuerit dabiẗ illi. Nota ab initio ſcilicet mūdi ⁊ vite cuiuſlibet. Nota differētia3 inter mādata ⁊ precepta: quia mandata ſunt precepta affirmatiua que inducunt ad virtutes. Et precepta ſunt negatiua que retrahūt a pctīs: ⁊ obligāt ad ſemp. Secus de mādatis q2 ex aliquib⁹ iuſtis circūſtantijs non debent ſeruari: immo ſine peccato poteſt fieri oppoſitu3. Sed de negatiuis nullo caſu mūdi poteſt fieri oppoſitū abſq3 peccato puta. Nō aſſumes in vanū nomē dei tui. Bene poteſt iurari p neceſſitate: ſed non in vanū ⁊c. Nota appoſuit aquā. ecce bona vita et deuota. ⁊ ignē ſcilicet infernalē. vitā ſc3 eternam ⁊ mortē ſc3 gehēnalē. Bonum ſc3 glorie et malū ſcilicet pene. Qđ placuerit ⁊c. Nō quilibet diceret. Ego volo bonum glorie ⁊c. velleitatem habetis ſed non volūtatem. vt dicit beat⁹. Tho. iij. parte. q. xxj. arti. iiij. ⁊ in ſcđo ſniarū. diſt. xxxiij. vbi dicit q̄ velleitas eſt īpoſſibiliū. Et pbabo. Sicut ille qui dicit q̄ vult ire ad dexterā ſed recipit ſiniſtram ergo mentiẗ: ſic multi volūt ire ad paradiſum vbo: ſed facto recipiūt viā inferni ſc3 ſupbie ⁊ vanitatis. Quia ergo recipitis iſtam viam: non vultis ire ad paradiſum: ſed vultis ire: ſcilicet p viam illam oppoſitā. Ide3 de auaro ⁊ luxurioſo ⁊c. Sed de⁹ nō cogit aliquē ire ad infernū: immo reuocat. Nota exemplū de ſpeculatore in turri vidēte duas vias. ſ. aſperā ſed ſecurā: ⁊ delectabilē ac planā ſed piculoſam ⁊ plenā latronib⁹. Et clamat dicēs viatorib⁹ q̄ dimiſſa via piculoſa capiāt aliā: ⁊ viatores nolunt imo truffanẗ de guida. Viſio illi⁹ guide ſeu ſpeculatoris nō cogit aliquē ire p vnā via3 ſiue p aliā l3 videat qđ erit. Iſte ſpeculator eſt de⁹ alte in turri eternitatis. Eſa. lvij. Dñs excelſus ⁊ ſublimis habitans eternitatē: ⁊ videt tpa pteritū pñs ⁊ futurum: q2 oīa ſunt ſibi pſentia. Due vie ſunt vita carnalis ⁊ delectabilis: ⁊ vita ſpūalis. ſ. pnia aſpera et difficilis. Oēs volūt ire p primā. Mat. vij. Lata porta ⁊ ſpacioſa via eſt q̄ ducit ad pditionē: et multi ſunt qui intrāt p eā. De ſcđa dicit ibidē. Quam anguſta porta ⁊ arcta via eſt q̄ ducit ad vitā ⁊ pauci ſunt qui inueniūt eā. Et clamat p pdicatores vel prophetas auiſando. Eſa. xxx. Hec eſt via ambulate in ea ⁊ nō declinetis neq3 ad dexterā neq3 ad ſiniſtrā. Dextera qñ dimittiẗ bona vita amore creatura℞. Siniſtra qñ timore ipſarū. Dicitis o velletis q̄ ego dimitterē iſtā iuuenē ⁊c. vel q̄ reſtituā. Ego dimittā filio meo vt reſtituat ⁊c. Sciētia dei non aufert liberū arbitriū nec impedit: immo ipm iuuat pceptis ordinationibus pdicationib⁹: monitionibus ⁊ inſpiratiōib⁹ ⁊ vult q̄ oēs ſaluemur. Auctoritas. j. Tim. ij. Hoc bonum eſt ⁊ acceptū corā ſaluatore noſtro deo: qui oēs hoīes vult ſaluos fieri: ⁊ ad agnitionē veritatis venire. Un⁹ eīm de⁹ vn⁹ eſt mediator dei ⁊ hominum homo xps ieſus qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. Non ergo tollit liberum arbitrium ⁊c. C

## Tertia concluſio.

Oēs quales ſum⁹ ſiue pdeſtinati ſiue pſciti debem⁹ conari ad bonā vitam pſeuerāter. Regula eſt theologie: q̄ quādo

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

deus ordinauit aliquē finē: ordinat etiā
media ad illū finē ſine qbꝰ non pōt veni
re ad illū finē. Etiā ſi nō dicit: itelligiꝶ di
xiſſe: vt pꝫ qꝛ ſi rex facit aliquē guberna
torē intelligit ꝙ faciat iuſticiaꝫ etiā ſi nō
ponaꝶ in mandamēto ⁊c. Nota qūo ſal
uandi ſcribūtur in libro ꝑdeſtinationis:
ſcilicet ioannes ſaluabitur per innocen-
tiam. Petrus per penitentiam ⁊c. Ita ꝙ
nō ſolum ſcribiꝶ finis ſiue terminus: ſed
etiā via ſiue mediū per qđ ⁊c. Idē de ꝑ-
ſcitis ⁊c. Si papa facit epm intelligiꝶ ꝙ
ſit ſacerdos etiā ſi nō dicit. Idē in natu-
ra de pluuia ꝑ nubes ⁊c. Ita de predeſti
natione. Ideo ibi eſt triplex defectus in
illis qui dicūt q̇d me opꝫ operari ⁊c. Pri
mo eſt ignorātia: quia qñ ſcribitur in li-
bro ꝑdeſtinationis: talis ſaluabiꝶ. poni
tur etiā via ⁊ mediū per quod: quia ꝑ hu
militatē: vel miſericordiam ⁊c. Ideo re-
ſpicere finē ſine medio eſt ignorantia: et
talis deficit dicēdo: q̇d me opꝫ laborare
⁊c. immo certe opꝫ opari. Alioquin aufe
res vnā partē predeſtinationis: ſcꝫ viā ⁊
mediū ꝑ quod ⁊c. Ideo Greg. j. dial. et
poniꝶ. xxiij. q. iiij. c. obtineri. Ipſa peren
nis regni ꝑdeſtinatio ita eſt ab oīpotēte
deo diſpoſita vt ad hoc electi ex labore
perueniat: quatinus poſtulando mereā
tur accipere qđ eis oīpotens deꝰ ante ſe
cula diſpoſuit donare. Ideo non vis ire
ad infernū: remoue viā ⁊ mediū: ſcꝫ pec
catū ⁊ nō ibis. Eſa. iij. Ue impio i malū.
¶ Scđs defectꝰ eſt ſtultitia dicere quid
me oportet facere bonū ⁊c. Nota quaꝶ
deus ſcit oīa futura. Scit ſi hodie prāde
bis ſicut ſi ſaluaberꝫ. Si dicꝫ q̇d me opꝫ
parare cibum ꝓ prādio ⁊c. Nullus facit
argumētum de prādio ⁊ arguit de aīa.
Idē ſi es infirmus quid me opꝫ vocare
medicū: qꝛ iam ſcit deꝰ ſi ero curatus ⁊c.
Si debes ſanari via eſt ꝑ medicinas ⁊c.
Idō nō ſunt dimittende. Itē ſcit deꝰ ſi hoc
anno habebitis bladuꝫ. Quid ergo opꝫ
arare ⁊c. Reſponſio quia illa eſt via. Itē
ſcit deus ſi rex habebit victoriā de ini-
micis. Quid opꝫ habere gentes armoꝝ
Reſponſio: quia illa eſt via ad victoriaꝫ
⁊c. Tertius defectus eſt error maximꝰ.
Unde negare trinitateꝫ error eſt contra
vnū articulū ſolū. ⁊ ſic de alijs: ſed dice-
re ꝙ predeſtinati nō debēt facere bona
eſt error ꝯtra omnes articulos quos de
ſtruit. Uerbi gratia. Quare deus voluit
incarnari. Reſpōdeo vt hoīes aſcēderēt
in celū. Et nūquid ſciebat deꝰ an homi-
nes ſaluarenꝶ. Quid oportebat ipſuꝫ in
carnari: ⁊ ſic de alijs. Itē de quo ſeruit
fides: baptiſmus ⁊c. qꝛ añ iſtos deꝰ ſcie-
bat qui eſſent ſaluādi ⁊c. Magnus eſt er
ror ſumere fineꝫ ſine medio. Modo ergo
finalis concluſio eſt vt dicit thema. Ma
nete in me. ſcꝫ per bonā vitā: ⁊ ego in vo
bis per gratiam. Ideo. ij. Petri. j. Fra-
tres ſatagite vt ꝑ bona opera certam ve
ſtram vocationem ⁊ electioneꝫ faciatis.
Hec eñ facientes nō peccabitis aliquā
do. Sic eñ abundanter miniſtrabiꝶ vo
bis introitus in eternum regnum domi
ni ⁊ ſaluatoris noſtri ieſu chriſti.

¶ De aqua benedicta ſm beatiſſimum
Uincentium. Sermo. ix.

Multū fructum
affert. Io. xij. In iſto ſermo-
ne volo vobis declarare q̄t
tuor excellētias valde pul-
chras de aqua benedicta vt habeatis re
uerentiā ⁊ deuotionē: quia multū fructū
affert. Et erit materia fructuoſa ⁊ vtilis
ꝓ aīabus: ſed prius ſaluteꝶ virgo maria
⁊c. Multū fructū ⁊c. Thema vult dicere
ꝙ aqua benedicta per ſacerdotē cū exor
ciſmis affert multū fructū: vt etiam ha-
betur in decreto de ꝯſe. diſt. iij. c. aquam
In qua quattuor notantur. A

Primo materia conueniens.
Scđo forma expediens.
Tertio miniſter ſufficiens.
Quarto fructus prouenIens.

Et de vltimo loquiꝶ thema dicēs. Mul
tum fructum affert ⁊c.

Primo ergo requi
riꝶ materia ꝯueniēs. Nā opꝫ ꝙ ſit aqua
naturalis non roſacea aut artificialis.
Rō: nā iſta materia ſigt īcarnationē dñi
noſtri ieſu xpi: ⁊ ſal deſignat vnionē na-
ture diuine cum noſtra humanitate: que
vnio: ſcꝫ iſtaꝝ duaꝝ naturaꝝ ſignificaꝶ
per cōmixtionē ſalis ⁊ aque. Ideo mate
ria debet eē naturalis ſine aliqua corru
ptione ⁊ pura ſine aliquo ertificiali. Per
aquā eñ ſignificatur noſtra humanitas

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.
Biblioteca Valenciana

⁊ per ſal diuinitas. Primo ꝓbat̃ de ſale
qđ hebet duas virtutes ſeu cõditiones.
Primo qꝛ ꝑſeruat a corruptione vt vide-
mus ad oculuꝫ. Secundo ſal dat ſapo-
rem. Sic chꝛiſtus inquantum deus pre-
ſeruat creaturas ab annihilatiõe: quia
niſi ſuſtineret celum ⁊ terram ⁊c. veni-
rent ad nihilum: vt dicit Grego. Et ſic
non ſolum preſeruat a corruptione: ſed
etiam ab annihilatione: ⁊ non ſolum a
naturali corruptione: ſed etiam a crimi-
nali. Nã homines per peccatũ caderẽt
in dãnationẽ niſi xp̃s ſua mĩa preſerua-
ret ⁊ ſuſtineret eos expectãdo ad cõuer-
ſionẽ ⁊ vitã eoꝝ conſeruãdo. Hec ratio
probat̃. Heb. j. Portãs omnia verba vir
tutis ſue: purgationẽ peccatorũ faciens
ſedet ad dexterã maieſtatis in excelſis.
Et ſic xp̃s habet primã cõditionẽ ſalis.
Scđo dat ſaporem epulis. Nã ſicut nul
lus cibus eſt ſapidus ſine ſale: ſic nullũ
opus eſt meritoriũ niſi ſal miſceatur: ſcꝫ
nomẽ dñi ieſu. Uerbi grã. Uis ieiunare
nõ valet ſine intentione bona ꝓpter deũ
⁊c. Et ſic do conſiliũ qui vult facere bo-
num opus ꝑus miſceat ſal. ſ. ad honorẽ
dei ⁊ lucret̃ meritũ. Puta vadis ad miſ-
ſam: ad ſermonẽ ⁊c. nõ vt videas mulie
res ⁊c. ſed ad honorẽ dei. Idem de ele-
moſyna dicendo xp̃s fecit mihi magnaꝫ
elemoſynã qñ effudit ſanguinẽ ꝓ me ⁊c.
ſic ponis ſal. Unde apl̃s Col. iij. Omne
quodcũqꝫ facitis i v̾bo aut in opere: oĩa
in noĩe dñi noſtri ieſu xp̃i facite: gratias
agentes deo ⁊ patri per ipſum: Item in
antiquo teſtamento. Leui. ij. Quicquid
obtuleris ſacrificij ſale cõdies nec aufe-
res ſal federis dei tui de ſacrificio tuo.
In omni oblatione offeres ſal. ſ. diſcre-
tionis. Ecce quare xp̃s dr̃ ſal. B Sed
videamus de aqua que ſignificat noſtrã
humanitatẽ. Ratio qꝛ ſicut aqua exit de
fonte ⁊ vadit per mundũ multiplicando
⁊ nõ ceſſat vſqꝫ ad mare. Sic homo quã
do exit de vẽtre matris ſemꝑ currit vſqꝫ
ad mortẽ: vt dicit Seneca. Et ꝓpter hoc
vita humana dicitur aqua. Autoritas.
ij. Reg. xiiij. Oẽs morimur ⁊ quaſi aque
dilabimur in terrã. Nota morimur. Nã
donec ſit aliquis in morte nõ eſt mortuꝰ
⁊c. ſed currit ad mortẽ. Quia ergo filius
dei vniuit ſuã diuinitatẽ cum noſtra hu-
manitate in incarnatione: ideo in bñdi-
ctiõe aq̃ ſacerdos benedicit ſal et miſcet
cum aqua. Quia v̾o aqua eſt pura et ſal
purũ ſignificat̃ ꝙ illa bñdicta ĩcarnatio
fuit mũda ſine corruptione. De hoc ha-
bemꝰ figuram. iiij. Reg. ij. vbi legitur ꝙ
in ciuitate Hierico q̃ erat multũ pulchra
fuit vnus defectus đ aqua: qꝛ erat male
ſana: ⁊ campi qui ex ea rigabantur: non
fructificabãt: ⁊ multi moriebãtur ꝓpter
infectiones aquaꝝ. Contingit quadam
die ꝙ Heliſeus qui erat dei amicus ſan
ctus: venit illuc. Tũc maiores ciuitatis
venerũt ad euꝫ ſupplicando: vt daret re
mediũ contra illas infectiones. Et pro-
pheta ſtetit imaginãdo ⁊ expectando re
uelationẽ a deo. Et fuit ſibi reuelatum
quid faceret. Et dixit. Afferte mihi vas
nouũ. Et ſic fecerũt. Et tunc accepit vas
⁊ poſuit aquã ⁊ miſcuit ſal dicens. Hec
dicit dñs. Sanaui aquas has ⁊ nõ erit
vltra in eis mors neqꝫ ſterilitas. Dicit
gloſa ꝙ aqua erat morboſa. Ideo dr̃ nõ
erit mors ⁊c. Ciuitas iſta hierico eſt mũ
dus: in quo terra nõ fructificabat: quia
homines ꝑ bona opera que faciebãt nõ
ibant ad paradiſum ante paſſionẽ xp̃i:
immo omnes deſcendebãt ad inferos.
Unde dauid pſ. lxxxviij. Quis ẽ homo
qui viuet ⁊ nõ videbit mortẽ: eruet aĩaꝫ
ſuã de manu inferi. Sed deus adhibuit
remediũ. Nã fecit afferri vnũ vas nouũ:
ſcꝫ vterũ virginis marie: quod dicit̃ no
uũ: qꝛ in ea nullꝰ vnqꝫ fuit peccatũ: vt di
cit Aug. qđ nõ fuerat a ſeculo auditum:
ſed fuit pura: quã nullꝰ tetigit. De quo
vaſe dicitur Hiere. xxxj. Nouũ creauit
dñs ſuꝑ terrã: femina circũdauit viruꝫ.
hec dicit dñs exercituũ deus iſrael. Hic
eſt argumentũ contra iudeos qui nolũt
credere incarnationẽ. Nam ſi queratis
ab eis que eſt illa femina q̃ circundedit
virum: nõ poteſt intelligi niſi de virgine
maria: qꝛ dicit virũ nõ puerũ: ⁊ ſic habe
bũt ꝯcedere incarnationẽ. Ex quo ergo
humanitas fuit iũcta diuinitati: tũc iſte
mũdus fructificauit: qꝛ mõ quilibet põt
ire ad paradiſum. Nã liberati ſumus a
morte: ⁊ poſſumus facere bonũ. Ideo di
cit decretum de ꝯſe. diſt. ij. c. ſemel. j. Se
mel chꝛiſtus mortuus eſt iuſtus ꝓ iniu-
ſtis: vt ſcꝫ induceret ad bonum ⁊c. C

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

# Scd̄z quod habeo

declarare de aqua bn̄dicta eſt forma ex pediēs que debet ſeruari in benedictio= ne aque. Et ſtat in duobus.

Primo in verbis.

Secundo in figuris.

¶ Primo in verbis: ſcȝ ſeptē inuocatio= nibus nois dei ſiue orationibus.

Prima inuocatio eſt cū dicit. Adiuto rium noſtrum ꝛc.

Scd̄a. Exorcizo te creatura ſalis ꝛc.

Tertia. Immēſam clementiā tuā ꝛc.

Quarta. Exorcizo te creatura aque ꝛc.

Quinta. Deus qui ad ſaluteȝ huma ni generis ꝛc.

Sexta. Cōmixtio ſalis ꝛ aque ꝛc.

Septima. Deus inuicte virtutis ꝛc.

Et iſta eſt forma verboꝝ ſeptem inuoca tiones ſiue orationes. Nā ſicut ꝑ ſepteȝ gr̄as ſpūſſancti ſanctificat creatura i ba ptiſmo: ſic aqua ſanctificat ꝑ iſtas ſeptē inuocationes ſuo mō. Et attēdant pſ̄by teri vt dicāt v̄ba diſtincte: alioquin non benediceret aqua. Nā differētia eſt iter materiā ꝛ formam: qꝛ ſi de forma aliq̄d remoueat recedit: nō ſic de materia. Nā remota media parte aque adhuc rema= net materia: vt dicit ph̄s. Remota aliq̄ parte materie remanet materia: ſȝ remo ta parte forme recedit forma. Uerbi grā In circulo ferreo: materia eſt ferrū: rotū ditas eſt forma. Tūc ſi remoueatur ali= qua ps rote: materia ferri remanet: ſed forma recedit. ſ. rotunditas. Itē ſi capis duo grana tritici remoto vno grano re= manet materia: ſcȝ triticū: ſed numerus ſiue forma recedit. Sic de aqua bn̄dicta Aqua eſt materia ꝛ v̄ba ſunt forma. Si remoueat pars aque adhuc manet: ma= teria aque: ſȝ amotis aliqb⁹ v̄bis de for ma: recedit forma. Etiā vt dicūt docto= res in. iiij. ſniaꝝ diſt. viij. In ꝯſecratiōe corpis xp̄i nihil fit niſi oīa v̄ba diſtincte dicatur q̄ ſūt de eſſentia forme. qꝛ forma dat eſſe rei. Sed ſi de hoſtia remoueret aliqua pars nihilomin⁹ fieret ꝯſecratio: qꝛ eſt materia: q̄uis ſacerdos debet at= tendere ꝙ ſit integra ꝛ rotūda hoſtia: ꝓ pter remotionē ergo alicui⁹ partis ma terie nō deſinit eſſe materia. Sed q̄libet ſacerdos debet attēdere formā: nō ſolū in ſeptē ſcīs eccleſie: ſȝ etiā in bn̄dictiōe aque: ſcȝ vt dicat v̄ba diſtincte: ꝛ videat miſſale ꝛ corrigat ſi ſit defect⁹. Jō Pau= lus. ij. Timo. j. Formā habe ſanoꝝ v̄bo rū q̄ a me audiſti. Et notāter dicit ſano= rū. Nā ſicut hō cui aliq̄ mēbra deficiunt nō hȝ corpus ſanum nec integrū: ſic da= tur intelligi ꝙ verba debent dici diſtin= cte. ¶ Secūdo forma benedictiōis aque conſiſtit in ſignis ꝛ figuris. Nā in baptiſmo: pnīa: abſolutione vel ꝯſecra= tione ꝛ aliis ſcīs: non tm̄ requirunt cru ces ſicut v̄ba. Sȝ in bn̄dictiōe aque cru ces ſunt neceſſarie cū v̄bis. Et ſūt. xiiij. numero. Prima crux dȝ fieri in p̄ma in= uocatiōe. In ſcd̄a fiūt tres: in tertia due in quarta tres: in q̄nta vna: in ſexta vna: cū miſcet ſal cū aqua: in ſeptima tres: ꝛ ſic ſunt. xiij. Et ſicut p̄sbyter dicit ꝛ for= mat verba diſtincte: ſic etiam cruces de bēt bn̄ facere: nō circulū ꝛc. Nā diabol⁹ ꝑ ſuo ꝓprio ſigno habet circulū ꝛ chri= ſtus per paſſionē recepit ſignum crucis. Eſa. xlix. Ecce leuabo ad gentes manū meam ꝛ ad pplos exaltabo ſignuȝ meū i. cruceȝ: vt dicit gloſa. Patet ergo qui a v̄ba ꝛ ſigna debēt fieri diſtincte ꝛ forma te. Dicā vobis miraculum. Quidā erat obſeſſus a diabolo: ꝓijciebatur aq̄ bn̄di cta ſuper eū: ꝛ nolebat exire dicēs ꝙ il= la aq̄ non erat bn̄dicta: qꝛ preſbyter fece rat circulū. Deinde habuerūt aquā be= nedictā ꝑ deuotū p̄sbyterū: ꝛ ſic receſſit diabolus: ꝛ fuit repertum ꝙ alius ſacer dos nō faciebat bn̄ cruces: ꝛ diſtincte nō ꝓferebat v̄ba: idō multuȝ debēt attēdere ſacerdotes in talibus et prouidere: ſicut docet apoſtolus. Philip. iij. Obſeruate eos qui ita ambulant ſicut habetis for mam noſtram: ſcilicet eccleſie: quia vt di cit Augu. Ea que eccleſia facit habet ab apoſtolis. ¶

# Tertiū requiſituȝ

ad aquā benedictā eſt miniſter ſufficiēs Nā quid poteſt quilibet facere hāc be= nedictionē? R̄nſio ꝙ benedictioneȝ ſup menſam quilibet poteſt facere: ſiue cle= ricus vel laicus: ſed illa que fit in eccle= ſia ſoli preſbyteri faciūt ꝛ non alij. Sed queritur an habeat virtutem aqua ma= li ſacerdotis ꝛc. Reſponſio per diſtin=

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

ctionem: q̄ꝛ aut bn̄dicit noīe eccl'ie: aut in
perſona propria. Si primo mō ſcꝫ q̄ꝛ cu-
ratus tunc etiam ſi ſit male vite ⁊ pecca-
tor ſemꝑ eſt aqua benedicta: ⁊ hꝫ ſuā vir
tutem: licet de bono conſilio deberet cō-
mittere benedictionem aque alicui alte-
ri. Si aūt benedicat in ꝓpria ꝑſona req̄-
ritur ꝙ ſit bone vite vt ſit aqua bn̄dicta:
alias non erit benedicta nec haberet vir
tutem ſuā. Hoc potes videre ꝑ exemplūꝫ
Aliqua mulier iuuenis male induta ve-
nit ad petendūꝫ elemoſynā: ⁊ dn̄s domꝰ
pietate morꝰ mittit ꝑ ſcutiferum q̄ mala
intentione dabit illam elemoſynam mu
lieri vt trahat ad peccatum ⁊c. Nūquid
iſta elemoſyna erit meritoria. Reſponſio
ꝙ ſic quo ad dn̄m: ſed quo ad miniſtrum
non: imo dānabilis eſt: eo ꝙ habuit ma-
lam intentionem. Sic ſi ſacerdos ſit ma-
le vite et benedicat noīe eccl'ie: q̄ꝛ miniſter
curatus ⁊c. tūc aqua eſt bn̄dicta ⁊ hꝫ ſuā
virtutem: q̄ꝛ preces eccl'ie ſꝑ deo placent
Jō Gre. dicit eccleſie tue p̄ces q̄ tibi ſem
per grate ſunt ⁊c. Sed qn̄ eſt in peccato
mortali ille q̄ bn̄dicit noīe ꝓprio nihil
ꝓficit. Un̄ dꝛ Malach. ij. Et nunc ad vos
mandatum hoc o ſacerdotes. Si nolue-
ritis audire et ſi nolueritis ponere ſuper
cor vt detis gloriam nomini meo ait do
minus exercituum. Mittā in vos egeſtatē
et maledicā benedictionibꝰ veſtris. Nō
a me principaliter datis: ſꝫ que ita ſunt
veſtre ꝙ non dei: vt exponit ſctūs Tho.
in. iiij. diſtin. xix. in fine expoſitionis tex-
tus. Quod dicit propt̄ ſacramēta: quia
in ſacramento altaris quantūcūqꝫ here-
ticus: vel excōicatus ſacerdos pōt conſe
crare: nec tenetur magiſter ſniarum i di-
cta diſtinctione. Nota dictam auctorita
tem in ſumma ꝯfeſſorum lib. iij. titu. xxx-
iiij. q. clxxv. Sed qn̄ miniſter eſt bone vi
te: iam hꝫ maiorē virtutē. Nā legitur de
beato bernardo ꝙ ex aq̄ quā benedixit
illuminati ſunt. xix. ceci ⁊ alij multi infir-
mi ſanati ⁊c. Et cū alia aqua nō ſanabāt̄
nec illi [illegible]bāt̄. Jō ſacerdotes lꝫ nō teneāt̄
ꝯfiteri i bn̄dictiōibꝰ: tn̄ tenent̄ ꝯteri: ⁊ de
bono ꝯſilio ꝯfiteri: vt aqua habeat maio
rem virtutem. Jō dicitur. Deutero. xxi.
Accedent ſacerdotes quos elegerit do-
minꝰ deꝰ vt miniſtrēt ei ⁊ bn̄dicant i no-
mine eiꝰ. Nota accedent: q̄ꝛ ille q̄ eſt in
peccato mortali lōge eſt a deo. Unde da
uid in p̄s. cxviij. Longe a peccatoribꝰ ſa-
lus ⁊c. Tamen ꝑ cōfeſſionem ⁊ ꝓpoſitū
non redeundi ad peccata ⁊ faciendi pe-
nitentiam iniunctam appropinquāt deo
et poſſunt benedicere aquam in nomine
domini. F

## Quartum quod ha-

beo vobis declarare de aqua benedicta
eſt fructus prouenieňs ⁊ de hoc loquit̄
thema. Et ego reperio ꝑ decretū de ꝯſe.
di. iij. c. aquā ꝙ aq̄ bn̄dicta cū ſale qd̄ po
nit eccl'ia hꝫ duodecim virtutes. G

Primo quattuor ſunt in anima.
Scd̄o alie quattuor in corpore.
Tertio quattuor in vita.

¶ Primo qd̄ quattor aīe. Prima eſt re-
collectio cordis. Nā ꝑſone q̄ tota ſeptia
na fuerunt occupate in negocijs tp̄alibꝰ
habent cor diſꝑſum: ⁊ aqua bn̄dicta hꝫ
virtutem recolligendi et reducēdi cor ad
vnum locū ſcꝫ ad orationem: ſi tamen de
uote accipitur cū cruce in fronte dicēdo
ieſus. Ideo cōmuniter aqua benedicta
eſt in introitu eccleſie retro ianuam. Se
cunda virtus eſt purificatio mētis. Naꝫ
ſunt alique perſone q̄ habent menteꝫ di
ſperſam: ⁊ demon ſuggerit malas cogi-
tationes de die ⁊ nocte. Jō remediūꝫ eſt
accipere aquam benedictā et portare ad
domū ⁊c. Tertia virtus eſt remiſſio pec
catorum venialiū vt dicit btūs Tho. in
iiij. diſtin. ij. q. j. dū tn̄ recipiat̄ cū deuo-
tione qd̄ eſt magnū: q̄ꝛ reperitur ꝙ vna
ꝑſona ſtetit ꝑ annū in purgatorio ꝓpt̄
peccatum veniale. Et ſic magnā virtutē
hꝫ: q̄ꝛ liberat a penis purgatorij. Hoc tn̄
intelligitur qn̄ perſona nō hꝫ peccatum
mortale actuale. ¶ Quarta vtꝰ eſt quia
expellit demones a corporibus ſicut aq̄
calida canes de coq̄na. Sꝫ multotiens ꝓ
pter indeuotionem illiꝰ q̄ in ſe hꝫ demo-
nē vł illiꝰ q̄ ꝯiurat vł ꝓpt̄ ſecretū dei nō
vult exire. Itē expellit demones a domi
bꝰ. Nā ſunt aliq̄ domꝰ ad q̄s veniūt ad
terrēdū ⁊c. Et ſi aſꝑgat̄ aq̄ bn̄dicta fu-
giūt ⁊c. H. ¶ Scd̄o de quattuor virtuti-
bus a corpe. Prima eſt fecūditas corpa-
ks. Nā ſi vxor q̄ nequit habere prolē ac
cipiat die dn̄ico ⁊ bibat ⁊ deuote faciat
crucem ſupra vētrē cū noīe Jeſu: habe-

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

bit prolē niſi aliter deꝰ opereť ⁊c. Scđa
eſt vbertas temporalis: ſcꝫ aſpergendo
vineam vel campum deuote cū noīe ie-
ſu. Et ſi dubitas d̄ tēpeſtate accipe aquā
benedictā: ꝓijce cū ramo ꝑ campū vineā
⁊c. hoc ptꝫ. iiij. Reg. ij. de terra hierico q̄
nō fructificabat ⁊c. Tertia virtꝰ eſt cura
tio infirmitatū. Nā hypocrates vł aui-
cenna nunq̄ ordinauerunt medicinā tā
generalem ꝯ oēs infirmitates. Si habe-
tis aliquod maluꝫ accipiatis deuote cuꝫ
fide ⁊ reuerentia ⁊ noīe ieſu ⁊ recipietis
ſanitatem ſi curatio non ſit cōtra ſalutē.
Ideo dicit Greg. Morboſq̄ꝫ pellendos
diuine gratie ſumat effectum. Idē ſuper
vulnera aīalium. Vñ p̄s. xxxv. Hoīes et
iumenta ſaluabis ⁊c. Quarta virtꝰ eſt ex
cluſio mortalitatū. Nā dicunt medici ꝙ
veniunt ex corruptione aeris vel terre:
et verum dicunt deo ꝑmittente. Natura
eñ nihil aliud eſt niſi inſtrumentuꝫ dei.
Sicut ille q̄ vult mittere aliq̄d amico ſuo
non vadit ip̄emet: ſed mittit ꝑ famuluꝫ.
Sic facit deꝰ ꝑ naturam mittit infirmita
tes ⁊c. Sed ꝑ aquā benedictā purificať
aer. Et iſto modo ſi deuote accipiať: ⁊ ꝑ
domos ꝓ̄ijciatur: dicendo ieſus: tūc deꝰ
p̄cipit nature vt ceſſet. Item fiant ꝓceſ-
ſiones ꝑ ciuitates et villas deuote ⁊ ha-
beatur aqua bñdicta in magna abūdan
tia: ⁊ hincinde aſꝑgatur cū noīe ieſu: ⁊ ſic
peſtilētia recedet. Nō dicant iheu iheu:
q̄ꝛ nihil valeret immo ꝓuocaret irā dei.
Sicut euenit in lombardia tp̄e q̄ ibi p̄di
cabā. Erat quedam mulier nobilis de q̄
erat multum philocaptus demō. Et hoc
erat ita notū ꝙ oēs ſcutiferi truffabātur
de ea nec timebāt demonē. Aliq̄ñ appa-
rebat ī figura ſpecioſi hoīs ⁊c. intm̄ ꝙ ſi
indigebat fructibꝰ vel volebat aliq̄d fie-
ri ip̄e erat paratꝰ oī tp̄e ⁊ hora. Et amo-
re illiꝰ ſemel deportauit fructꝰ: ⁊ ip̄a vo-
lebat comedere demō dixit. ſigna te dicē
do iheꝰ non dicebat ieſus ⁊c. Finałr ve-
ni illuc ⁊ dña miſit ad me ſuū confeſſorē
qui retulit mihi oīa hec: ⁊ docui q̄uō face
rent crucem dicendo ihs: ⁊ ſic fecit ⁊ am
pliꝰ nō apparuit diabolꝰ. Iō auiſemini
⁊c. I. ¶ Tertio de quattuor v̄tutibꝰ vite
tp̄alis ꝯ pericula. Prima eſt ꝯ pericula
hoim. ſ. inimicorum. Nā ſicu illi q̄ vadūt
ꝑ montes ⁊ deſerta portant tyriacam ⁊
loricam ferream in defenſionem: ſic nos
debemus portare aquam benedictam: ⁊
cū videtis inimicos capere aquā benedi
ctam deuote et non timebitis. Scđa vir
tus eſt ꝯ beſtias et feras vt legitur de ſā
cta martha que cepit draconeꝫ ⁊ ligauit
eū cuꝫ aqua benedicta. Tertia eſt ꝯ tem
peſtates maris vel fluctuū. Nā q̄libet in
grediens mare dꝫ portare aquam bñdi-
ctam ad mitigandū fluctꝰ: ⁊ ſic cuſtodia
tus a naufragioꝛ ꝑiculis ⁊c. Quarta vir
tus eſt contra ignem: Nā cum aqua be-
nedicta extingueť: vt legitur in hiſtoria
ſancti Andree. Et de iſtis duodecim fru
ctibus dr̄. Apo. xxij. Oñdit mihi fluuiuꝫ
aque viue. R Sꝫ volo auiſare p̄ſ-
byteros. Nā dicunt doctores ꝙ ſi aqua
benedicta miſceatur cum non benedicta
erit benedicta tota vez̄ eſt niſi aq̄ nō bñ
dicta in maiori q̄ntitate ſit: q̄ꝛ tunc nō eſ-
ſet bñdicta q̄ꝛ ſic ſequereť ꝙ mare bene-
dici poſſet ſcꝫ ponendo de aqua benedi
cta: q̄ꝛ tunc vna gutta aq̄ benedicte face
ret aliam et illa aliam ⁊ ſic in infinitū et
tunc totum mare benediceretur. Quod
nō eſt credendū. Idē dicūt iuriſte ⁊ theo
logi de veſtimentis eccłie quando repa
ranť: q̄ꝛ ſi illđ qđ apponiť ſit maiꝰ: dꝫ ite
rū bñdici. Secꝰ ſi nō eēt maior pe. Et ſic
eſt de aq̄ bñdicta: iō aduertatis bene ⁊c.
¶ Sequiť quare ſic inſtitutū vt aqua ſa
le cōſperſa benediceť Alexander papa.
v. de conſe. di. iij. c. aquam.

# AQuam ſale cō

ſperſam in ꝑpłis bñdicimꝰ
vt ea cuncti aſꝑſi ſctificenť.
et purificētur. Qđ ⁊ ab olbꝰ
ſacerdotibus faciēdū eē mādamꝰ. Nā ſi
cinis vitule aſꝑſus populū ſanctificabat
atq̄ꝫ mūdabat mł̄tomagis aq̄ ſale aſꝑſa
diuiniſq̄ꝫ precibꝰ ſacrata: populū ſctificat
atq̄ꝫ mundat. Et ſi ſale aſꝑſo ꝑ heliſeum
ꝓphetā ſterilitas aque ſanata eſt: quan
to magis diuinis precibꝰ ſacratꝰ ſal ſte
rilitatem rez̄ aufert humanaz̄ ⁊ coīnq̄-
natos ſctificat ⁊ purgat ⁊c. bona mł̄tipli
cat: ⁊ inſidias diaboli auertit: ⁊ a fantaſ
matibꝰ ⁊ verſutijs hoīes defendit. Que
rit gloſa quō dicatur aqua benedicta po
pulum ſanctificare vł mūdare. Rñdet ꝙ
tollit venialia ex virtute verborum.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

¶De pane benedictio ſm beatum Uin
centum. Sermo.x.

PRofert de the
ſauro ſuo noua ⁊ vetera.mat
thei.xiij.Uolo nobis pͦdica-
re nūc de pane benedicto:et
habebimꝰ bonas materias morales ⁊c.
Sed primo ſalutetur virgo ⁊c. Profert
⁊c.Pro declaratiōe thematis ⁊ introdu
ctione materie ſciatis bone gents ꝙ do
minus ieſus xp̄s volens dare apoſtolis
et alijs modū predicandi dixit.Omnis
ſcriba doctus in regno celorum ſimilis
eſt patrifamilias q̄ profert theſauro ſuo
noua ⁊ vetera.Sunt hic termini q̄ indi-
gent declaratione. A Primo cum dici
tur in regno celorū. Jbi capitur ꝑ ſacra
ſcriptura que predicaꝛ. Rō:qꝛ ſicut in ce
lo ſunt ſecreta diuina collocata vt myſte
rium trinitatis:ordines angelorum:gradꝰ
ſanctorum ⁊c.Jta intra intellectum lr̄alem
ſcripture continenꝛ ſecreta diuina abſcō
dita:que i celo manifeſtanꝛ. Jdeo dicꝛ.
Mat.xiij.Simile eſt regnum celorū the-
ſauro abſcondito in agro.ſ.huiꝰ mundi:
vbi eſt triticū bonorum operum:⁊ zizania ma
lorum.Jō Hiero.ad paulinum de omni
bus diuine hiſtorie libris.c.vij.Nōne vi
detur tibi iam hic in terris regni cele-
ſtis habitaculum. B Scđo ſcriba ſu-
mitur a noticia ſcripture ⁊ nō ab arte ſcri
bendi.Un̄ apud iudeos ſcriba đr doctor
⁊c.Tertio p̄rfamilias ē xp̄s.Matt.xxiij.
Omnes vos fratres eſtis:⁊ patrem noli
te vobis vocare ſup terram.vnus eſt em̄
pater veſter qui in celis eſt.Et ipē xp̄s
eſt magiſter qui profert noua documē
ta noui teſtamenti et vetera.ſ.figuras ve
teris teſtamenti declarando.De hoc ꝓ
phetia Canticorum.vij. Omnia poma no
ua et vetera dilecte mi:ſeruaui tibi.Jdeo
nunc volo vobis predicare noua ⁊ vete
ra.Noua.ſ.de pane benedicto:qꝛ hꝫ fun
damentum in nouo teſtamento.Et vete
ra.ſ.de aqua benedicta:de aq̄ iā predica
ui vobis:q̄ hꝫ fundamentū in veteri te-
ſtamento:ſcꝫ.iiij.Reg.ij.Materia autē
panis benedicti fundaꝛ in nouo teſtamē
to.Mat.xiiij.Acceptis panibꝰ ieſus be
nedixit fregit ⁊ dedit ⁊c.Et ſic vos pote
ritꝭ dicere de me.Profert de theſauro ⁊c.

Notetis ergo ꝙ panis bn̄dictꝰ daꝛ vobis
in eccl'ia ꝓ tribꝰ documentis. C

Primum eſt de memoria itellectuali.
Scđm eſt de credentia ſpirituali.
Tertiū eſt de medicina vniuerſali.

**Dico primo ꝙ pa-**
nis benedictus eſt nobis in documentū
de memoria intellectuali.ſ.de rebus al-
tis et diuinis. Rō:qꝛ vt dicit Boetius.
Memoria hoim eſt labilis:niſi retineaꝛ
ꝑ aliquid repreſentatum oculis vel au-
ribus:qꝛ ſicut aq̄ calida frigeſcit:niſi iux
ta ignē ꝯſeruetur calor:ita de memoria no
ſtra:cuiꝰ natura et cōditio eſt nō habere
ſciam niſi ꝑ memoriā:cū vt dicit phs aia
in ſua creatione ſit ſicut tabula raſa in q̄
nihil depictum eſt ⁊c.Jō qn̄ recipit qua-
litatē ſibi non naturalē:vt eſt ſcia:ſapiē-
tia ⁊c.niſi ſibi repſentetur per aliqđ viſi
bile labiꝛ.Jō phs libro de ſenſu ⁊ ſenſa-
to dicit. Memoria nihil admittit niſi id
quod frequenꝛ cogitat et ſic requiriꝛ ali
quid ad memorādū.iō xp̄s ait.Hec quo
tieſcūqꝫ feceritis i mei memoriā facietꝭ.
D Nam in miſſa reducunꝛ tria ad me-
moriam.Primo inſtitutio ſacramenti:et
hoc in cōſecratione ⁊c.qꝛ xp̄s in cena ac
cipiens panē ⁊c.⁊ deīde calicem:dicēdo
verba cōſecrationis.Necvult deꝰ qꝛ iſtđ
tam magnū bn̄ficiū tradaꝛ obliuioni.iō
dicit.Hec quotieſcūqꝫ ⁊c. Nota im meā
cōmemorationē:⁊ non vr̄am ſimulatio-
nem vel hypocriſim vel ſymoniam.Se-
cūdo in miſſa reducitur ad memoriā bn̄-
ficium paſſionis et hoc in eleuatiōe poſt
conſecrationē.Jtē in calicis eleuatione
offerendo p̄ri ſanguinē in ꝓciū nr̄e redē-
ptiōis ⁊c.Tertio i miſſa fit memoria cō-
munionis quā xp̄s fecit in cena:cū dicit
euāgeliſta.Mat.xxvj.Cenātibꝰ illis ac-
cepit ih̄s panē et benedixit ac fregit de-
ditqꝫ diſcipl'is ſuis ⁊ ait.Accipite ⁊ cō-
dite hoc eſt corpꝰ meū.Ad repreſentan
dū ꝗ hoc opꝰ fuit ordinatū vt dareꝛ pa-
nis bn̄dictꝰ in eccl'ia.Jō qn̄ ſacerdos bn̄
dixit panē repn̄taꝛ ꝯſecratio quā xp̄s fe-
cit.Deinde ſacerdos đꝫ accipe ꝓ ſe in q̄
oñdiꝛ ꝙ xp̄s p̄mo cōicauit ſeipm vt dicit
btūs Tho.in.iiij.di.xſ.q.iij.ar.j.⁊ ponit
hos ꝟſus.Rex ſedet in cena turba cictus
duodena.Se tenet i manibꝰ ſe cibat ipē



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

cibus. Deinde diuidit et dat populo:in
quo repſentat ꝙ xp̄s cōicauit apoſtolos
ſuo corpore. Ecce quare dicit. Hec.ſ.tria
quotieſcūq̄ feceritis in mei memoriā fa
cietis. E. Scd̄a ratio quare datur panis
bn̄dictꝰ eſt nō ſolū memoria illius cōio=
nis xp̄i:ſed etiam aliaꝝ cōionuꝫ quas re
perio in gradu quadruplici. Primo in ꝑ
mitiua eccleſia quotidie cōicabant. Act.
ij. Erant ꝑſeuerantes in cōicatione fra=
ctiōis panis.glo.cōicādo. Aliquis apo
ſtoloꝝ celebrabat et cōicabat oēs : legit
de ɔſe.di.j.c.iacobꝰ. ꝙ iacobꝰ minor pri
mus celebrauit ⁊c. Jō dicimus in orone
dn̄ica. Panē nr̄m.ſ.ſubſtantialē da nobꝫ
Mat.vi. Scd̄o poſtq̄ creuit xp̄ianitas ⁊
deuotio diminuebat.iō fuit ordinatū vt
ſolū cōicarent dn̄icis diebꝰ. Et retinuert
ſignum de cōione cuiuſlibet diei ꝙ ſcilꝫ
det pax in qualibet miſſa:niſi pro defun
ctis. Et iſta ordinatio ī dominicis cōicā=
di diu durauit. Dic quō ꝓceſſionalr ⁊ de
uote accedebāt primo hoīes:ſcd̄o mulie
res:tertio pueri duodecī annoꝝ ⁊ ſupra
Tertio poſtq̄ deuotio refriguit:qꝛ iam
male ſe parabāt ad cōionē:fuit ordinatū
ꝙ saltē cōicarent in tribꝰ precipuis feſtꝭ
ſcꝫ natalis dn̄i pēthecoſtes ⁊ paſche. vt
hr̄ de ɔſe.di.ij.c. Et ſi nō frequētius. Et
etiam in feſto aſſumptionis beate virgi=
nis. Et in ſignū ꝙ cōicabāt in dn̄icis or=
dinauit eccl̄ia ꝙ fieret panis benedictꝰ.
Quarto papa. Innocētius tertiꝰ videns
paruā deuotionē xp̄ianoꝝ:fecit decreta
lem in concilio lateranenſi circa annum
dn̄i. M.ccxiij.q̄ ponit extra de pe.⁊ re.c
oīs. In qua ſtatuit ꝙ ad minꝰ ſemel in
anno cōicēt xp̄iani. Et iſta ordinatio cur
rit mō. Et in memoriā illaꝝ quattuor cō
munionū in feſtꝭ anni ī aliq̄bꝰ locis dāt
panes hoſtiaꝝ. Sꝫ ſunt multi miſeri qui
adhuc nec ſemel volūt cōicare ⁊c. Qn̄ ḡ
recipitis panē bn̄dictum deberetis flere
dicēdo. O miſer ſi eſſem deuotus debuiſ
ſem recipere corpꝰ xp̄i:⁊ nunc ſum cōten
tus iſto pane.iō eſt ɔſiliū beati Auguſt.
li. de ec.dogmatibꝰ:vt hr̄ d ɔſe.diſt.ij.c.
Quotidie.⁊ btī Tho.in.iiij.ſen.di.xij.q.
iij.ar.ij. ꝙ ꝑſone deuote cōicent omnibꝰ
diebꝰ dn̄icis. Et illi de mr̄imonio q̄ non
ſunt ita bene parati quater in anno be=
ne ɔfeſſi ⁊ parati. Pꝫ ergo ꝙ panis bn̄di
ctus eſt documentum de memoria intel
lectuali ⁊c.

# Dico ſecundo ꝙ pa

nis benedictus eſt documentū de credē
tia ſpūali. Nā in ipſo pane oſ̄ditur no=
bis triplex documentum fidei noſtre.

Primum eſt veritatis.
Secundum eſt vtilitatis.
Tertium eſt charitatis.

¶ Primū documētū eſt veritatis ꝙ xp̄s
eſt in hoſtia ɔſecrata:ita vere vt ip̄e fuit
in vtero virginis:⁊ ſicut mō eſt ī celo Jo.
vj. Caro mea vere ē cibꝰ:⁊ ſanguis meꝰ
vere eſt potꝰ. Cōtra iſtā veritatē fuerunt
aliqui heretici q̄ dixerunt ꝙ hoſtia ɔſe=
crata non erat niſi panis bn̄dictꝰ et non
xp̄i corpꝰ.iō eccl̄ia catholica ordinauit
panem bn̄dictū ad oſ̄dendum diſtinctio
nem et differentiā inter hoſtiā cōſecratā
et panem bn̄dictum. Scd̄m documentuꝫ
eſt vtilitatis qn̄ eñ ſacerdos dicit miſſaꝫ
non proficit ſolū ſibi:ſꝫ toti ppl̄o preſen=
ti:⁊ etiā abſenti ex aliq̄ neceſſitate. Etiā
nō ſolū ꝓficit viuis:ſed etiā defunctis q̄
ſunt in purgatorio.vt oſ̄dit. Gre.in .iiij.
dialogo. Dic ad hoc ſimilitudinē de cor
pore humano:in q̄ niſi vnum ſolū mem
brum recipit cibū.ſ.os.e; proficit oībus
aliis mēbris. Rō:qꝛ oīa alia mēbra ſunt
coniuncta in eodem corꝑe ⁊ vno ſpiritu.
Si autem mēbrū ſit a corꝑe abſciſſuꝫ nō
fortificatur nec ſibi proficit. Sacerdos
autē eſt os ⁊ mēbrū corporis myſtici eccle
ſie:⁊ qn̄ ip̄e cōicat ſacramentaliter:popu
lus etiā cōicat ſpūaliter. Un̄ apoſtolus
Roma.xij. Sicut in vno corꝑe multa mē
bra habemꝰ oīa aūt membra non eundē
actum habent ita multi vnum corpꝰ ſu=
mus in xp̄o:ſinguli aūt alteriꝰ membra.
Sꝫ ſi aliq̄s ſit abſciſſus a corꝑe eccleſie
gladio beati petri ꝑ excōicationē:vl̄ pec
cati mortalis:nihil ſibi proficit cōmunio
ſed bn̄ aliis ꝓficit. Et in ſignum huiꝰ da
tur panis benedictus ad ſignificandum
ꝙ ſpiritualiter cōicatis ꝓficit. Ideo de=
betis ip̄m paneꝫ comedere qn̄ ſacerdos
cōicat. Et ne peccatū impediat. Effectuꝫ
ſpiritualem ante eiꝰ comeſtionē debetis
dicere Pater noſter que eiꝰ propria ora=
tio. Item de pane benedicto debetis
portare illis qui remanſerunt in do=

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

mo pro aliqua neceſſitate. Auctoritas .j.
Coꝝ.x. Panis quē frangimus nōne par
ticipatio corporis dñi eſt. Tertium docu
mentū eſt charitatis: qꝛ lꝫ panis bñdict⁹
diuidatur per fruſta: tñ eſt vnus panis.
Ita de populo xp̄iano lꝫ multi ſimus in
diuerſis locis ⁊ officijs diuiſi: tñ omnes
debemus eſſe vnanimes in charitate et
dilectione: alˀs periculoſe recipis panem
bñdictū ſi eſt in mala volūtate. Nota de
illo qui poſtq̄ȝ habuit hunc panez in ore
ſenſit lapidem: ita ꝙ non poterat conte-
rere vel deglutire: immo ſuffocabatur. O
dixit ſacerdos: iſte habet aliquam ma-
lam volūtatem ꝛc. Cum autē quaſi ſuffo
caretur remiſit iniuriam cuidam de mor
te patris ⁊ liberatus fuit. Iō ap̄ls .j. Co.
x. Vn⁹ panis ⁊ vnū corp⁹ multi ſum⁹ oēs
q̄ de vno pane ⁊ de vno calice ꝑticipam⁹
ſ. per dilectionem ⁊ charitatē ꝛc. G

## Dico tertio ꝙ pa-

nis bñdictus eſt documētū de medicina
vniuerſali. Declarat̄ ſic: ſerpēs īferni ve
nenauerat omnes eſcas corporales. Eſt
natura cuiuſdē ſerpētis: q̄ ſi mordet radi
cem arboris oēs fructus erunt venenati.
Radix oīm fructuū fuit venenata a ſerpē
te inferni ex pctō ade: qꝛ nūq̄ȝ nocuiſſent
niſi ex veneno diaboli. Sꝫ ꝯ̄ hoc venenū
de⁹ ordinauit tyriacā oꝛōnis. Iō nullus
dꝫ comedere ſine p̄uia aliqua oꝛōne vel
pater noſter vl̄ aue maria vel ſignare ſe
vel dicere ihs. De hoc auctoritas .j. Ti.
iiij. Cibos de⁹ creauit ad ꝑcipiēdū cū grā
rū actiōe fidelib⁹: ⁊ his q̄ cognouerūt ve
ritatē: qꝛ oīs creatura dī bona eſt. ⁊ nihil
reijciēdū qḋ cū grāꝝ actione ꝑcipit̄. Sā
ctificat̄ em̄ ꝑ verbū dei ⁊ oꝛōnē. Dic ꝯ̄ il
los qui comedūt ſine p̄uia oratione pro-
pter qḋ diabolus intrat in eos: vt ptꝫ de
moniali de qua Gregorius in .j. dial̄. que
comedit lactucā ꝛc. Itē de fratre tp̄e bti
dñici q̄ in villa bibit ſine p̄uia oratiōe: ſꝫ
fuit ſanatus a beato dñico. Iō antiq̄tus
bñdicebat̄ agnus in paſcha: qñ incipie-
bant comedere carnes. Et qꝛ nō oēs po-
terant portare carnes ſuas ad eccleſiam
ordinauerūt vt bñdicerēt agnus in ſignū
bñdictionis aliaꝝ carniū: vnde adhuc re
perit̄ bñdictio illa in antiquis miſſalib⁹.
Sed quia poſt hoc addiderunt aliquas
cerimonias quaſi iudaizantes: iō fuit re
probatū ne fieret ampli⁹: quia ſufficit ille
agnus dei fili⁹ illius bñdicte ouis bea-
te virginis marie q̄ fuit toſt⁹ in veru cru
cis inter duos ignes. .j. Corin. v. Paſcha
noſtrū immolat⁹ eſt xp̄s: itaq̄ epulemur
non in fermento veteri ꝛc. H Et qꝛ pa
nis ⁊ aqua ſunt neceſſaria ad vitā huma
nam ſine quib⁹ homo nō poſſet viuere.
Eccl̄i. xxix. Initium vite hominis aqua ⁊
panis ⁊ veſtimentum ꝛc. Iō eccleſia ordi
nauit benedicere panem ⁊ aquam et ha-
bent magnā virtutē. Nota ꝙ virtus ſa-
cramēti oſtēditur in materia ſacramenti
Verbi gratia de ſacramento baptiſmi cu
ius materia eſt aqua q̄ hꝫ virtutē lauan
di. In quo oſtenditur ꝙ baptiſm⁹ lauat
aiam a maculis peccatoꝝ. Item forma
eius eſt: Ego te baptiſo. In noīe prīo et
filij ⁊ ſpiritusſancti Amen. Id eſt ego la
uo te ꝛc. Panis benedictus nō eſt ſacra-
mentū: ſed ſacramētale: ſiue ſacramento
ſcꝫ verboꝝ annexū. Cui⁹ v̄tus cognoſcit̄
in materia q̄ eſt panis qui hꝫ vitā nutri-
tiuam vite ſuſtentatiuam ⁊ cordis cōfor
tatiuam. Unde dauid p̄s. ciij. Panis cor
hominis confirmet. Hec ſunt virtutes pa
nis benedicti tanq̄ȝ medicine. Item nota
formam benedicendi panem ſm̄ beatū
Vincentiū: in qua ponuntur ſex effectus
niſi peccatis impediantur.

Primus eſt aīe confortatio.
Scḋs corporis roboratio.
Tertius a morte conſeruatio.
Quartus infirmitatū curatio.
Quintus diboli metus.
Sextus a malis ꝓſeruatio. I

¶ Refert btūs Vincētius in fine ſermo-
nis. Quidam ep̄s ibat romam cum mul
tis ſcutiferis ꝛc. Trāſit ꝑ quandā ciuita
tem in qua erat ep̄s ſanctus qui eum in-
uitauit ad prandium. Facta fuit alterca
tio pro benedictione menſe. Tandē ep̄s
ſanctus benedixit In prādio epiſcopus
peregrinus voluit dare de pane benedi
cto canib⁹. Cui dixit ep̄s ſanctus. O dn̄e
⁊ de pane benedicto dans canib⁹. Qui
rn̄dit. Et quare non cū nō habeat maio-
rem virtutē q̄ȝ alius panis. Et dedit eis
ſed canes noluerunt comedere. De hoc
admirās ille alius ep̄s queſiuit panem
non benedictū: quē benedixit ⁊ dedit ca



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

nibus ⁊ comederũt. Nota bñ. Iõ xps ad
lraz. Mat. vij. Nolite ſanctũ dare canib⁹

¶ De pace ſm beatũ Uincentiũ. Ser. xi.

P Acẽ habete et
de⁹ pacis ⁊ dilectionis erit
vobiſcũ. ij. Cor. xiij. In iſto
ſer. volo pdicare de pace ſine
qua nõ poſſum⁹ videre deũ: vt dicit apl's
Heb. xij. Sz vt grãz hẽam⁹. Salutet pri⁹
ꝟgo maria ⁊c. Pacẽ habete ⁊c. A Pro
declaratiõe huius ꝟbi ⁊ introductiõe ma
terie pdicande: ſciatis bone gentes ꝙ il-
le ſanctus propheta dauid volens decla
rare habitationẽ dei in hoc mundo dicit
ps. lxxv. Factus eſt in pace locus ei⁹ ⁊c.
locus ſcz villa vel ciuitas: eccleſia vl' mo
naſteriũ ⁊c. Et habitatio eius in ſyon. i.
ſpecula ſm interp̃tationẽ ⁊ innuit ꝙ de-
bemus nos ſpeculari ⁊ ſpeculo diſcretio
nis videre in pace. ſ. ꝯſcie. Ptz ꝙ locus pa
cis eſt habitatio dei. Rõ. Cuilibet domi
no placet vt camera in qua hz quieſcere
ſit q̃eta ſine vẽto: ſine pluuia: ſine puluere
ſine fumo. Sic deo placet vt locus eius
ſit q̃etus: ſine vento guerraꝝ: ſine pluuia
luxuriaꝝ: ſine puluere auaricie: ſine fu-
mo vane glie: ſine tẽpeſtate diſcordie ⁊c.
Ideo dicit thema. Pacẽ habete ⁊ de⁹ pa
cis ⁊ dilec. ⁊c. Mõ videam⁹ q̃ pax: ⁊ quot
modis eſt habẽda: qꝛ btũs Augu. in lib.
xix. de ciuita. dei. c. xvij. dicit ꝙ oĩa appe
tunt pacem: tñ idem Augu. dicit primo li
bro de ciuitate dei. c. xxx. ꝙ hoĩes pacem
volũt nõ vt honeſte viuãt: ſed vt luxurie
vacent. Ego q̃ſiui ⁊ inueni ꝙ triplex pax
eſt nobis neceſſaria.

Prima eſt pax interna cũ ſeipſo.
Scđa eſt pax fraterna cũ ꝓximo.
Tertia eſt pax ſuperna cũ deo.

Et de qualibet iſtarum dicit thema. Pa
cem habete: ⁊ deus ſcilicet auctoꝛ pacis
erit vobiſcũ ⁊c. B

Dico p̃io ꝙ eſt pax
interna cũ ſeipſo. Naturalr enim eſt bel
lum inter carnẽ ⁊ animã. Rõ qꝛ quelibet
res naturalr trahit ad ſuaz naturam. Ca
ro formata de luto trahit ad ſuã naturã
ſcilicet ad lutum immundicie ⁊ luxurie.
Anima vero de nihilo creata eſt ſubſtan
tia ſpiritualis ⁊ trahit ſurſum naturali-
ter. Ideo eſt colluctatio inter carnem et
animã. Dic ſimilitudinẽ de illo qui eſt in
toꝛtura: q̃ a choꝛdis trahitur ſurſum et a
pondere deoꝛſum: ⁊ ex tali cõtradictione
affligitur. Sic ⁊ nos. Auctoꝛitas. Gal. v.
Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̃. ⁊ ſpũs ad
uerſus carnẽ: hec em̃ ſibĳnuicẽ aduerſan
tur vt nõ q̃cũqꝫ vultis illa faciatis. Mo-
do videamus remediũ ad faciendũ pacẽ
inter iſta. Opoꝛtet ꝙ vna humiliet alte-
ri: vel aĩa carni: vel caro ſpiritui. Sed nõ
decet ꝙ anima humilietur carni: ſicut nõ
decet ꝙ nobilis dña domus humilietur
ancille ⁊ captiue fetide: ſz ꝓ oppoſitũ de-
bet fiere. Ita cogitate ꝙ coꝛpus nr̃m ſit
hoſpiciũ. In quo eſt dña. ſ. aĩa rationabi
lis. nobilis ⁊ pulchꝛa: qꝛ ad imaginẽ dei
fecta. Ancilla ꝟo eſt caro ſtulta: fetida ⁊
vilis. Ideo ex bona ratiõe caro ſicut an-
cilla eſt anime ſubĳcienda ꝑ abſtinẽtiaz
pniam diſciplinas ⁊c. Et non econuerſo.
Uñ Ber. Non decet dominam ancillari
nec ancillã dñari. Ecce quare inuẽta eſt
pnia ⁊ afflictio carnis. ſ. ad faciendam p̃-
dictam pacem. Ideo Iob. v. Pacem ha-
beat tabernaculũ tuũ. ſ. coꝛpus ⁊ viſitãs
ſpẽm tuã. i. partẽ anime defendendo non
peccabis. Oppoſitũ facere ſcilicet defen
dere carnem eſt magnum peccatũ. Et ad
hoc intelligendum notanda eſt parabo-
la de rege filiã habente: q̃ peregre profici
ſcens: commiſit filiam cuidam militi cuz
ancilla que ei ſeruiret. Et miles adama-
uit ancillã ⁊ deſpexit filiam regis. Intan
tum ꝙ faciebat eã ſeruire ancille ⁊c. Sed
qñ rex venit ſentẽtiauit eũ ſicut ꝓditoꝛẽ.
Utinam vos non ſitis in iſta conditione
Iſte rex eſt de quo Ioannes Apoca. xix.
Habet in femoꝛe ⁊ veſtimẽto ſuo ſcriptũ.
Rex regũ ⁊ dñs dominãtiũ ⁊c. Filia quã
genuit eſt aĩa rationalis ad ſimilitudinẽ
ſuam ⁊c. cui vult dare regnũ ſuum para-
diſi tantũ eam diligit ⁊c. Et peregre ꝓfe
ctus eſt in die aſcenſionis in celeſtẽ hie-
raſalẽ Gal. iiij. Illa que ſurſum eſt hie-
ruſalẽ libera eſt. Et filiam ſuam cõmiſit
militi. ſ. tibi ⁊ mihi dicens. Deut. iiij. Cu
ſtodi temetipſum ⁊ aiam ſuam ſollicite.
Et nos curamus de vili ancilla plus ꝙ̃
de filia. Iõ qñ xps veniet in iudicio ꝑticu
lari vel generali quid dices: quia tu ex-
pendis in veſte ꝑ ancilla miſera centum

Biblioteca Valenciana

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

ſlorenos ⁊ nihil ꝓ aia: qꝛ illa nõ ſunt ve
ſtes aie: ſed virtutes ſunt veſtes aie ⁊c.
Col. iij. Induite vos ſicut electi dei ſan=
cti ⁊ dilecti viſcera mie benignitatẽ hu=
militatem: patientiam: modeſtiam ⁊c. Et
vadit aia nuda. Jõ dicet xps illõ Apoc.
iij. Neſcis qꝛ tu es miſer ⁊ miſerabilis ⁊
paup ⁊ cecus et nudus ⁊c. Item habetis
perdices capones ⁊c ꝓ ancilla: ⁊ anima
moritur fame: ⁊ ieiunat quia vt dr Mat.
iiij. Non in ſolo pane viuit homo. Sꝫ in
omni verbo qđ ꝓcedit de ore dei ⁊c. Itẽ
habetis equos mulas ⁊c. ꝓ ancilla. Et
gratia dei eſt equꝰ aie: ⁊ nõ curatis. Itẽ
expẽditis in lectis cortinis ⁊c. Et aia nõ
hꝫ vbi quieſcat. Lectus aie eſt contem=
platio ⁊ meditatio de deo ⁊ eiꝰ bñficijs.
Dauid pſalmo. iiij. In pace in idipſum
dormiam et requieſcã. Quid ergo dicet
xps in iudicio qui tantum laborauit pro
filia: ⁊ tu eam deſpexiſti magis amando
ancillam ⁊c. Oy quomodo terribilr pu=
niet. Ideo dicit Job. v. c. Pacem habeat
tabernaculum tuum: viſitãs ſpẽm tuam
ſcꝫ induẽdo virtutibꝰ: ⁊ paſcẽdo ⁊c. Als
dolens. Dauid de oppoſito dicebat pſal
mo. lxxij. zelauit ſuper iniquos. ſ. milites
pacem peccatoꝝ videns. ſ. cum ancilla.
Nõ eſt reſpectꝰ morti eoꝝ. ſ. ſpũalr eter
ne dãnationi: qꝛ ex hoc peccãt mortalr ⁊
morit̃ aia ſpũalr Jaco. j. Pctm cũ ꝯſum=
matũ fuerit generat mortem. Ideo dicit
thema. Pacem habere ⁊c. C

# Dico ſcđo ꝙ eſt pax

fraterna. ſ. cũ ꝓximo. Et iſta non eſt ne=
ceſſaria ſolitario: quia cuꝫ nullo commu
nicat. Sed quia homo eſt animal ſociale
per naturam: vt dicit philoſophus: ideo
nõ ſolũ eſt ſibi neceſſaria pax interna ſꝫ
etiam fraterna participando ⁊ cõicando
cum alijs: ita ꝙ non. ſit inter vos inuidia
de officio: de honore ⁊c. Sed orate ꝓ bo
no proximi ⁊c. Item ira eſt contra iſtam
pacẽ: qñ eſt cũ deſiderio vindicte. Nam
talis in iudicio iam condemnatus eſt.
Ideo proijciatis iram: ⁊ loquimini ſalu
tando: qꝛ ſic manifeſtatur amor cordis.
Unde Mat. xij. Bonus homo de bono
theſauro ꝓfert bona: ⁊ malus hõ de ma
lo theſauro ꝓfert mala. Dicat̃ cõtra mu
lieres nolẽtes loqui ⁊c. Nota qualr ergo
Maria ſalutabat crucifixores filij ſui ⁊c.
Ideo iſta pax eſt in corde hñda in ore: in
manibus nõ furãdo: nõ verberando ⁊c.
Nec damnificando ⁊c. Ideo apoſtolus.
Rom. xij. Si fieri poteſt quod ex vobis
eſt cũ oibus hoibꝰ pacẽ habẽtes. nõ voſ=
metipſos defendentes chariſſimi: ſꝫ date
locũ ire. Nota non voſmet ipſos defen=
dentes. i. vindicantes. Nota de xpo qui
noluit ꝙ pater vindicaret in ſuos crucifi
xores: ſed dixit Lu. xxiij. Pater ignoſce
illis: qꝛ neſciũt quid faciunt. Quãdiu ho
mo eſt cum illa malicia non poteſt obti=
nere veniam de minimo veniali ⁊c. Un=
de Ro. xij. Mihi vindictam. ſ. reſeruaui ⁊
ego retribuã. Deus eñ reſeruauit ſibi
vindictam. Ideo apoſtolus. Ephe. iiij.
Solliciti ſeruare vnitatem ſpũs in vin=
culo pacis. Non dicit diſpoſiti ſolũ: qꝛ il
li ſunt diſpoſiti qui ſi requiruntur faciẽt
pacem: als non. Sed ſollicitudo eſt ne=
ceſſaria. ſ. requirendo. Unde dauid. ps.
xxxiij. Inquire pacem ⁊ perſequere eam.
Qui primo petit veniam lucrat̃ coronã
Nota ⁊ perſequere eã: alios interponẽ=
do tanꝗ medios. Unde ſubdit apoſtolꝰ
Unum corpus ⁊ vnus ſpũs: ſicut vocati
eſtis in vna ſpe vocationis veſtre. Nota
vnum corpus. Nullus vellet corpus ſuũ
membratim diuidere. Corpus chriſti eſt
eccleſia: cuius caput eſt ipſe chriſtus qui
habet membra. Oculi qui reſpiciũt ſunt
contemplatiui: ⁊ ſic de alijs. Unde apo=
ſtolus Roman. xij. Sicut in vno corpore
multa membra habemus: omnia autem
membra non eundem actum habent: ita
multi vnum corpus ſumus in chriſto ⁊c.
Et ſicut corpus mẽbratim diuiſuꝫ nõ vi
uificat̃: imo ſpũs recedit: ſic de corpe my
ſtico qđ viuificat̃ ſpũſancto. Secꝰ qñ eſt
diuiſum ꝑ peccatum mortale. D

# Dico tertio ꝙ eſt

pax ſupna cũ deo: qꝛ malũ ẽ habere guer
ram cum tanto dño. Ideo Job. xxij. Ac=
quieſce ergo ei ⁊ habeto pacẽ: et per hec
habebis fructus optimos. Nota acquie
ſce: ſcilicet obedienter ſibi conſentiendo
corde ore: ⁊ opere. Corde ne ſimus ꝓdi=
tores quia miles qui ſecrete vel publice
vadit ad inimicos regis ꝓditor eſt. Sic
xpianus qui vadit ad diuinos ⁊ incãta=



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

toꝛes ⁊c. De quibus decretū dixit. xxvj.
q. vij. c. Non obſeruetis. vbi dr̄ ꝙ q̄ tali=
bus credūt: aut ad domos eoꝝ vadunt:
aut in ſuas domos introducūt vt inter=
rogēt ſciāt ſe fidem criſtienā ⁊ baptiſmū
ꝑuaricari: ⁊ vt paganū ⁊ apoſtatam ⁊ dei
inimicū irā dei grauiter in eternū icurre
re niſi eccleſiaſtica pn̄ia emēdat⁹ deo re
cōciliet ⁊c. Cauete ergo ſed in omni ne=
ceſſitate recurrite ad deū oīpotentem ⁊c.
Scdo acqeſce deo oꝛe. ſ. reuerēter nomē
ei⁹ noiando: ⁊ cauendo ab omni iuramē
to niſi magna neceſſitas ſit: qꝛ iuratoꝛes
nō habēt pacē cum deo: ſicut nec miles q̄
enſe euaginato iret contra regem ſuum
⁊c. Ideo habetis tot mala ⁊ tribulatio=
nes ⁊c. Nā quando illi qui ſunt in turri
obſidentur: defendunt ſe lapidibus: ita
debetis reſiſtere malis conſuetudinib⁹
iurandi ⁊c. Tertio acquieſce ope ſeruien
do deo: ex quo ꝓuidit nobis de oīb⁹ ne=
ceſſarijs. Seruem⁹ dn̄icā: nō ſabbatum:
ne ſcimus ꝑcurſoꝛes antixp̄i: vt dr̄ de cō=
ſecra. diſt iij. c. peruenit. vbi multa dicun
tur ⁊c. Dic q̄uo deus fecit ſeptem dies et
dedit nobis ſex: vt laboꝛemus fideliter.
⁊c. Et retinuit ſibi vnam diem vt ad euꝫ
veniamus ⁊ homagium ei faciamus: au
diendo miſſam integre: ⁊c. vt habetur de
conſe. diſt. j. c. miſſas. Et ſic habebitis pa
cem cum eo et fructus optimos vt dicit
Job. Nota boni fructus ſunt tempoꝛa=
les melioꝛes ſpirituales: ſed optimi ſunt
celeſtes: quos dabit nobis de⁹ q̄n hic re
cedem⁹ ⁊ ad pacē eternā ibimus. Amen.

¶ De timoꝛe dei ſm̄ beatiſſimū Uincen
tiū: ⁊ occurrit in multis epiſtolis ⁊ euan
gelijs tam de tēpoꝛe ꝙ̄ de ſctis. Ser. xij.

QUi timet deū faciet bona. Eccli. xv. Uel
magnificauit eū in timoꝛe ini
micoꝝ. Eccli. xlv. Thema
dat mihi motiuū ꝑdicādi
de timoꝛe dei: ſꝫ p̄ꝛio ſalutet ꝟgo maria
⁊c. Qui timet deū faciet bona. Magnifi=
cat a deo: magnificat eum ſcꝫ hominem.
A. Sciatis ergo bone gētes xp̄iane quo
modo perſona que timet deum magnifi=
catur a deo ſeptupliciter vt reperitur in
ſacra ſcriptura. Pꝛimo in penitentia: qꝛ
timoꝛ domini eſt ſtimulus pungens con

ſciam vt hō recedat a pctīs ⁊ ꝯfiteat ⁊ ſa
tiſfaciat. Et ſic magnificat hō relinquēs
pctm̄. De hoc ſcriptura. Eccli. ſ. Timoꝛ
dn̄i expellit pctm̄. Non q̄ ſine timoꝛe eſt
non poterit iuſtificari. Secūdo in ſancti
tate: quia timoꝛ dei eſt fons redondans
in virtutibus in coꝛde perſone in oꝛoni=
bus: ieiunijs: elemoſynis: hūilitate: pa=
tientia ⁊c. Unde q̄ timet deum faciet bo
na. Nota qui continēs eſt iuſtitie: ſcꝫ in
coꝛde cū timoꝛe cogitans: niſi modo fa=
ciam bona deus ſua iuſtitia damnabit
me. Tertio in ſapientia: quia timoꝛ dei
eſt ſicut lucerna ardēs in intellectu ipſum
illuminans ne cadat in erroꝛem vel du=
bium vel falſam opinionem. Unde Da=
uid. p̄s. cx. Initiū ſapientie timoꝛ domi=
ni. intellectus bonus omnibus facienti=
bus eum ſcilicet timoꝛem ⁊c. Quarto in
abundantia tempoꝛali. Nunq̄ enim fuit
aliquis habens dei timoꝛem qui veniret
ad paupertatem. Ideo ſi vultis abunda
re timete deum. Nam timoꝛ dei eſt ſicut
ager fructuoſus qui facit dominum ſuuꝫ
diuitem. Ideo Dauid p̄s. xxxiij. Timete
dominuꝫ omnes ſancti eius. ſ. chꝛiſtiani
ſanctificati per baptiſmū: quoniam non
eſt inopia timentibus eū. Quinto timoꝛ
domini magnificat hominem in vita per
ſeuerando finaliter: quia timoꝛ dei eſt ſi
cut fundamētum ſuſtinens totum edifi=
cium: ideſt perſonam: ſine quo ruit ho=
mo. Unde Eccleſiaſtici. xxvij. Si non in
timoꝛe domini tenueris te inſtanter ſcito
ſubuertetur domus tua. Sexto magnifi=
cat hominem in moꝛte coꝛpoꝛali: qꝛ tunc
occurrunt demones pꝛo habēda anima.
Nota ſimilitudinem de perdice abſcōdi
ta: ⁊ venatoꝛes ſtant in circuitu cū cani=
bus falconib⁹ ⁊c. Sic eſt de anima abſcō
dita in coꝛpoꝛe: ſꝫ in moꝛte cogitur exire
baculis: id eſt doloꝛibus ⁊ infirmitatib⁹
⁊c. Et venatoꝛes ideſt demones circun=
ſtant. Nec aliquis fuit de hoc vnq̄ exem
ptus: niſi beata virgo maria de gratia
ſpeciali: immo ad chꝛiſtum venit diabo=
lus in cruce: vt dicit beda ſup Thobiam
capi. vj. Quid faciet ergo miſera anima
⁊c. Timoꝛ dei ipſam defendit. Unde ſcri
ptura. Eccli. j. Timēti dominū bene erit
in extremis: ⁊ in die defunctionis ſue bn̄
dicetur. Septimo magnificat hoīem in

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

gloria. Nam timor dei eſt theſaurus faciens aiam diuitē in celo. vñ p̄s.xiiij. Ad nihilū deductus, eſt in cōſpectu eius malignus: timentes aūt dñm glorificat. Ptʒ ergo ꝙ timor dei magnificat creaturam. Autoritas. dixit illa ſancta Iudith. xvj. Dñe q̄ timent te: magni erunt apud te ꝑ oia. Ptʒ thema. Ex quo ergo tot bona facit timor dei: volo vobis declarare modos ⁊ rōnes quare timendus eſt deus. Reperi autem in ſcriptura ſacra ꝙ deus triplici ratione eſt timendus.

Primo timendus eſt deus ſicut dominus rigoroſus.

Scd̄o ſicut amicꝰ ꝓficuoſus ⁊ gratioſꝰ.

Tertio ſicut pr̄ amoroſꝰ ⁊ glˀioſus. B

# Primo dico q̄d deꝰ

eſt timēdus ⁊c. Qñ em̄ aliq̄s dñs eſt multū rigoroſus ad puniendū illos q̄ faciūt contra ſuas ordinationes: talis valde timetur a ſubditis. Per oppoſitū autē qñ dñs vel iudex nō eſt rigoroſus cōtra maleſacientes: nihil appreciatꝛ: ⁊ ideo meliꝰ eſſet non facere ordinationes: ꝙ̄ facere ⁊ non tenere. Talis dñs eſt velut formido ſiue babota poſita in horto cum baliſta: que non timetur ab auibus niſi in principio: imo ponūt ſe ſupra ⁊c. Sic de dñis. Qñ in aliqua villa fit ordinatio ſub certa pena: oēs timent ſicut auesla babota. Sed paulatim qñ vidēt ꝙ ordinatio frāgitur: mō per illū mō per aliū: ⁊ nullꝰ punitur: talis dñs deſpicitur ab hoibꝰ: ſecꝰ qñ rigoroſe punit. Auto. Danielis.j. de Nabuchodonoſor rege babylonis rigoroſo: qui valde timebatur a ſubditis. et Daniel cum ſociis petebat vnam rem iuſtam a quodā vaſallo: qui reſpondit. Timeo ego dñm meum regem: qui ſi viderit vultꝰ veſtros macilentiores pre ceteris ⁊c. condemnabitis caput meum regi ⁊c. Modo dico: nūq̄ fuit aut erit nec eſſe poteſt ita rigoroſus dñs ſicut deus. hoc declaratur tripliciter. C

Primo per ea in quibus punit.

Scd̄o per ea ex quibus punit.

Tertio per tempus in quo punit.

Primo eniʒ dñs temporalis pōt punire vel in bonis tpalibus vel in corpore: et nō plus. Sed deꝰ in corpore: in aia in bonis: in filiis: in amicis: ⁊ in oibus. Primo in corpore punit: qꝛ ideo tot ſunt in nobis infirmitates in capite: in oculis ⁊c. ⁊ finalr̄ eſt mors. vñ Greg. Nulla nocebit aduerſitas: ſi nulla dominetꝛ iniquitas. Scd̄o punit ī anima. Quot triſtitias: dolores: iras ⁊c. Itē in igne purgatorij vel inferni: hoc nō pōt facere dñs tēporalis. Nota miraculū de illo qui poſt mortem apparuit amico ſuo petens auxilium qꝛ erat in purgatorio pro quodam veniali: qꝛ bibebat de ſero vinū purū vt dormire poſſet ⁊c. Ecce quomō eſt rigoroſus. Quid faciet illis qui inebriantꝛ ⁊c. Tertio punit in bonis terrenis. Quare creditis ſint tempeſtates: ſiccitates guerre ⁊c. Uide.xvj.q.j.c. Reuertimini. Uide ēt Ambroſiū.xxiij.q.v.c. remittuntur. q̄uo ⁊ per quos deus punit. Quarto punit in filiis: quia ex peccatis parētum filij ſunt fatui: contracti ⁊c. Sed dicet aliq̄s. Et nunquid. Ezechielis.xviij. habetur. Filius non portabit iniquitatem patris ⁊c. Reſponſio. Hoc intelligitur quantuʒ ad animam. Dicit textus. Omnes anime mee ſunt: vt anima patris ita ⁊ anima filij mea eſt. Secus de corpore q̄d eſt res patris. Sed in anima nihil habet pater quia a ſolo deo eſt. Et ſicut dñs temporalis punit in vaſallis: qꝛ res ſua: ſic parentes puniuntur in corpore filiorum: qꝛ res ſua. Magna eſt punitio parētum qñ vident filium cecum vel contractum ⁊c. Quinto punit in amicis tollendo eos de mundo: ⁊ tu remanebis ſolus derelictus. Ecce quomodo deus punit in omnibus. Scd̄o deus oſtenditur rigoroſus per ea ex quibꝰ punit. Dñi temporales puniūt ſubditos ſolū pro magnis: ſed deus etiā pro minimis. Itē dñi puniūt ſolum propter mala verba vel opera: ſʒ deus etiā propter malas cogitatiōes. Dic quomō aliqui non confitentꝛ de malis cogitationibus ⁊c. Mat.v. Dico vobis q̄m oīs q̄ viderit mulierē ad cōcupiſcendū eā: iam mechatus eſt eā in corde ſuo. Itē dñi puniūt ex operibꝰ malis ⁊ notoriis: deꝰ aūt de ſecretis ⁊ occultis. Sap.j. ī cogitationibus impij interrogatio erit. Item non ſolū punit de iuramētis ⁊ diffamationibus: ſed etiā de ꝟbo ocioſo. Ecce qualis rigor. Mat.xij. Dico vobis ꝙ de oī verbo ocioſo: non dicit malicioſo: q̄d locuti



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

fuerint hoīes: reddēt rationē de eo ī die iudicij. Itē punit de bonis operib⁹ ſi nō fiant cū illa diligentia qua debent fieri. Verbigr̄a. Dicere miſſam eſt bonū op⁹: ſed niſi ſacerdos ſit bene paratus: ⁊ dicat bona intentione: damnabit̄. Idez de opere p̄dicatiōis. Idē de ieiunio: niſi fiat cū patiētia. Multi qn̄ ieiunāt ⁊ fameſcūt ſi nō eſt prādiū paratū per impatientiā inſurgūt ꝯ vxorem ⁊c. vt dicit Hiero. ad euſtochiū. Idē de cōione: q᷑ male parati venitis. Idē de ꝯfeſſione facta negligēter. Idem de elemoſyna facta ex vana gloria vel cū tardatione. Iō Dauid. ps. lxxiij. Cū accepero tp̄s. ſ. qđ deus dedit mihi filio ſuo ⁊ accipit illud ī morte: ego iuſtitias iudicabo. nō ſolū ī iuſtitias: ſʒ etiā iuſtitias. Alia auto. Eccl's. xij. Cūcta q̄ fiūt adducet de⁹ in iudiciū ꝓ omni errato ſiue bonū ſiue malū ſit. De⁹ ergo eſt timēdus cū ſit tam rigoroſus pluſq̄ quicūq̄ ali⁹. Tertio eſt rigoroſus. ſ. per tp̄s ī quo punit. Nā punitio data a dn̄o tpali parū durat: puta iugulatio: ſuſpenſio: ſubmerſio. Sʒ punitio dei in inferno eſt eterna pro minimo pctō mortali. Rō q᷑ nō pōt penitere. vide Greg. de pe. di. j. c. voluiſſent. ergo iſte dn̄s eſt timēdus. Auto. de p̄dictꝫ dicit xp̄s. Luc. xij. Dico vobꝫ amicis meis nō terreamini ab his q̄ occidūt corp⁹: ⁊ poſt hec nō h̄nt ampli⁹ quid faciāt. Oſtēdā aūt vobis quem timeatis. Timete eū q̄ poſtq̄ occiderit: hʒ p̄tātem mittere in gehēnā. Ita dico vobis hūc timete. T̄n eſt totū oppoſitū: q᷑ magis timent̄ ordinatiōes dn̄oꝝ q̄ dei: q᷑ nullus timet facere cōtra dei ordinatiōes ⁊c. ⁊ eſt magna ſtultitia hoīm. vn̄ ſi hodie ordinaret̄ ⁊ clamaret̄ ꝙ null⁹ vadat ad talē domū ſub pena p̄dēdi pedē: nemo iret. Et de⁹ ordinauit ⁊ p̄conizauit diu ē ꝙ null⁹ vadat ad demones ꝓ qua cūq̄ neceſſitate ſub pena nō ſolū p̄dendi pedē: ſed caput: corp⁹ ⁊ aīam: ⁊ t̄n nō timetis: imo ſtatim recurritis ad diuinos ⁊c. Itē ꝙ null⁹ auderet dicere malū de tali ſub pena p̄dendi linguā: oēs timerēt. Et de⁹ ordinauit ꝙ nullus audeat dicere malū ꝯ deū iurādo: blaſphemādo ſub pena ⁊c. ⁊ nō timetꝫ facere oppoſitū. Itē ſi ordinat̄ ꝙ tali die nullus operetur ſub pena p̄dendi manū ⁊c. Et de⁹ ordinauit ꝙ in die feſto nō fiat op⁹ ſeruile: nec aperiant̄ apothece ⁊c. ſub pena p̄dēdi oīa ⁊ dānationis eterne: ⁊ nō timet̄. Iō cōqueritur dn̄s. Mala. j. Fili⁹ honorat patrē: ⁊ ſeruus dn̄m ſuū timebit. Si ḡ pr̄ ego ſuz vbi eſt honor me⁹? Et ſi dn̄s ego ſuz: vbi eſt timor me⁹ dicit dn̄s exercituū. Rō q̄re nō timet̄ de⁹: declarat̄ Eccl's. viij. Etem q᷑ nō ꝓfert̄ cito cōtra malos ſn̄ia: abſq̄ timore vllo filij hoīm ꝑpetrāt mala. No ta etem ꝓ eterno: q᷑ ſtatim petōr delinquēs deberet ꝓijci in infernū. Sʒ quare nō ſtatim punit? Rn̄o: q᷑ vult ſuare modū iuſtitie ⁊ iuſti iudicis: q̄ lʒ ſciat pctm̄ alicuius: t̄n nō dʒ ipſum punire niſi ordine iuſtitie. ſ. ꝙ accuſet̄: ⁊ teſtes teſtant̄: ⁊ fiat ꝓceſſus: tunc dat ſn̄iam: ⁊ ſit punitio Sic deus facit qui ſcit pctm̄ q̄tūcūq̄ ſecrete fiat: ſed non punit ſtatim: ſed expectat accuſatorē. ſ. qn̄ aīa exibit a corpore accuſat̄ a demone qui ſuaſit ei peccare. Tūc de⁹ interrogat teſtes. ſ. ꝓpriā conſcientiā ⁊ angelū cuſtodē. Not. practicā Dn̄s interrogat iuſtū ⁊ impiū: q᷑ ſeruat modū iudicialē. Et auditis teſtib⁹ ꝓfert ſn̄iam dicens diabolo. Tolle qđ tuū eſt ⁊ vade. Mat. xx. Et tūc fit executio. Ideo ſup oēs dn̄os eſt timēdus de⁹. vn̄ hiere. x. Nō eſt ſiīs tui dn̄e. Magnus es tu et magnum nomē tuū in fortitudine. Quis non timebit te o rex gentiū? Certe fatu⁹ reputabitur ⁊c. ℭ

## Scđo timēdus eſt

deus ſicut amic⁹ ꝓficuus ⁊ gratioſus. Si habetis amicum a quo recepiſtis multa bona honores ⁊c. timetis ſibi diſplicere etiā ſi nō timeatis punitionē. De hoc. ij. Reg. xij. ca. Dauid habebat multos amicos in ſeruitio ſuo quibus fecerat multa bona: habebat aūt paruū filiū īfirmū: de quo dauid triſtabat̄ ⁊ affligebat ſe: ⁊ poſt mortem pueri timuerūt ſerui ⁊ amici ei⁹ nunciare dauid. ſ. vt ſibi non diſplicerēt cogitantes. Si tm̄ triſtabatur cum viueret puer: quātomagis ⁊c. Sic bona maiora recipim⁹ a deo qui eſt amicus noſter. Quia ⁊ corp⁹ ⁊c. Si dicat̄. Pater carnalis dedit corpus. Non eſt verū: q᷑ modicum ⁊ vile fecit pater in filio: etiā mater: ſed deus eſt qui format corp⁹: ſicut: de cera vel terra pictor formaret imaginē ⁊c.

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

Unde Job.x.loquitur deo dicēs. Man⁹ tue dn̄e fecerunt me: ⁊ plasmauerunt me totū in circuitu: ⁊ sic repēte p̄cipitas me. Memento queso ꝙ sicut lutū feceris me ⁊c. O q̄ntū diligeres illuz ⁊ timeres offendere illū q̄ tibi dedisset manus vel oculū q̄ntomagis debes diligere ⁊ timere deuz qui dedit tibi totū corp⁹ ⁊ mēbra ⁊c. Itē quis dedit tibi animā ad imaginez dei:· Qz sicut vnus de⁹ regit totum mūdū: ita aīa vna totū corp⁹. Et sicut deus est trinus i p̄sonis: ita in vna aīa sunt tres potentie. Et sicut deus est imortalis: ita et aīa hoīs. Secus de aīa bruti que educit̄ de potētia materie. Geñ.j. Producat terra aīam viuentē in genere suo: iumēta et reptilia ⁊ bestias terre. Sz aīa hoīs creatur a deo: ⁊ creando infundit̄: ⁊ nullā habet depēdentiā a corpore: ideo deficiente corpore nō deficit anima. Uñ. Geñ. ij. Formauit dn̄s deus hominē de limo terre: q̄ntū ad corpus: ⁊ inspirauit in faciem eius spiraculū vite: ⁊ factus est homo in aīam viuētē: q̄ntū ad aīaz q̄ informat ad vitā. Quantū ergo debem⁹ diligere deū ⁊ timere: qui non fecit nos lapides aut bruta:· Itē quis dedit oīa bona tp̄alia:· Quis dat bladū in cāpis ⁊c. Si dicatur. Natura. falsum est: quia nō attribuitur opus instrumēto: sed agēti p̄ncipali. Natura aūt est solū instrumētum vt pluuia. Qñ tu p̄icis semen: terra pōt ipsum corrūpere: sed ꝙ fructificet nō pōt facere natura nec sol: qz instrumēta sunt: sed de⁹. Idē de vino in vineis: qz nullus pōt cōuertere aquā vitis: in vinū: nisi deus. Unde fuit primū miraculum xp̄i. Item quis dat aquam in fontibus: lanam in gregibus nisi deus:· Idē de alijs: ⁊ etiā de lucris: totum datur a deo. Et ideo etiam si nō puniret nos talis amicus: debet timeri: qz est taz vtilis. Unde scriptura. Eccl'i vj. Qui timet deū eque habebit amicitiā bonam: q̄m ꝺm illum erit amicus illius. Nota eque. i. equaliter habebit amicitiā ⁊c. Et ꝺm illum erit amicus ⁊c. scz faciendo eius voluntatem. Dic hic de illo magno hoīe Eleazaro. De quo. ij. Machs. vj. c. qui viuebat ꝺm legem dei. Rex Anthiochus inuitauit eum ad prandiū: ⁊ ꝙ comederet cōtra legem. Qui noluit. Tūc rex indignatus p̄cepit ꝙ comederet sub pena mortis ⁊c. R̄ndit. Bene timeo vos sed magis deum. Nota rex precepit eum torqueri: ⁊ quidam amici dederunt sibi consiliuz vt simularet se comedere ⁊c. Et quādo fuit prope mortem: dixit. Dn̄e: tu scis qz cū a morte possem liberari: duos corporis sustineo dolores. Scd̄m animā v̄o propter timorē tuum libenter hec patior ⁊c. Sed sunt multi qui nō sustinerēt periculum: immo sine magna necessitate frangunt ieiunia ecclesie. Item quis est amicus q̄ vnq̄ tm̄ fecit p̄ alio sicut xp̄s pro nobis:· qui dixit patri. Pater: compatior istis ⁊c. Ideo ego solus suspēdar: vt nullus mihi credens suspendat̄ ⁊c. Ecce filius regis voluit suspendi pro filijs latronis ade. Ideo deberemus timere euz offendere ⁊c.

¶ Tertio timēdus est deus qz est pater gloriosus ⁊ gratiosus quolibet die videt̄ dic qūo filij nobiliuz ⁊ diuitū multū timēt offendere patrē. Nō vt non perdant hereditatē paternā: quia ex ingratitudine pater aufert hereditatē filijs. Uide glo. in decre. de iureiurando c. quitauallis. Uñ Leui. xix. Unusquisq̄ patrem suum ⁊ matrē suam timeat. Ista ratione multomagis timendus est deus qui nō solū villam vel castrum tenet nobis paratū: sed regnum celi: respectu cuius nihil valent ista regna. Ideo timendus est de⁹ a nobis ne perdamus regnū eius tam magnum ⁊c.

Primo p̄pter excellentiā hereditatis.
Scd̄o p̄pter magnitudinē felicitatis.
Tertio propter facilitatē perditionis.

De p̄io tanta est excellētia paradisi ꝙ nō posset dici. De quo. j. Cor. ij. Oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit q̄ preparauit de⁹ his q̄ diligūt illū. Et quasi idē dr̄ Esa. lxiiij. Nota oculus. s. intellect⁹ ph'oꝝ non vidit. s. per scientiā demonstratiuam qz ph'i non potuerūt scire illā gloriā vt dr̄ Ro. j. quā preparauit diligētib⁹ se ⁊c. Unde Aristoteles in morte dixit. Requiescat aīa mea cū morte ph'oꝝ. Ecce q̄ntum potuit scire. Nec auris. s. iudeoꝝ audiuit: scz per doctrinā legis moysi: nec in cor hoīs ascendit. s. p opinionē hoīm. ¶ Sz possum⁹ cogitare ꝙ illa gloria celi est magna tri-

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

pliciter. Primo cogitãdo cuius eſt habitatio: q⁊ dei. vnde ps. cxxij. Ad te leuaui oculos meos: q̇ habitas in celis. Sic debemus facere nocte cõtẽplando pulchritudinem interiorẽ cũ tanta ſit pulchritudo exterior celi. Si habitatio regis mortalis eſt tã pulchra: q̄to magis regis immortalis. Ex tali eſtimatione poſſumus cognoſcere. Ideo baruth. iij. O iſrael: q̄ magna eſt domꝰ dei: ⁊ ingẽs locus poſſeſſionis eius. magnus ⁊ nõ habẽs finẽ excelſus ⁊ imẽſus. Scd̃o cogitãdo feſtũ qđ ibi fit. Si palatium regis de ſe ſit pulchrũ: q̄tomagis qñ ibi fit feſtũ nuptiale Ideꝫ in celo Mat. xxij. Simile eſt regnũ celoꝝ homini regi qui fecit nuptias filio ſuo ⁊c. Tertio cogitare preciũ qđ conſtitit. Si caſtrum, qđ emitur mille milibus eſtimatur precioſum: q̄to magis palatiũ celi: pro quo xp̄s dedit preciũ īfiniti valoris. ſ. ſuũ ſanguinẽ. Dic ꝙ ſi illa pulchritudo poſſet videri a nobis: etiã ſi non videremus deũ nolemus comedere. Scd̃o debemus timere perdere illam gloriam propter magnitudinẽ felicitatis que eſt principaliter ex dei viſione perpetua ⁊ ſecura: ⁊ propter angelorũ ac ſanctoruꝫ ſocietatem. Itẽ q⁊ nullus ibi moritᷓ. Nihil deeſt ibi: vt dicit Boetius lib. iij. de ꝯſo. Nemo ibi iraſcitur: nullus infirmatᷓ: nullus eſt pauper ⁊c. Tertio debemus timere propter facilitatẽ perditionis: quia leuiter poteſt perdi. ſ. minimo peccato mortali. Si filiꝰ regis facit multos defectus cõtra patrẽ: non tñ perdit hereditatem: niſi ſit proditor. Et tñ hereditas celi perditur vna mala cogitatione: aſpectu: vel minimo peccato mortali. Ideo ſcriptura Iaco. ij. Quicũꝗ totã legem ſeruauerit: offendat aũt in vno: factus eſt oim̄ reus. Quantũ ergo debemus timere ne offendamus talẽ patrẽ. Propterea Dauid dicit ps. xxxiij. Venite filij: audite me: timorem dñi docebo vos. Quis eſt homo qui vult vitã: diligit dies videre bonos: prohibe linguã tuã a malo ⁊c. Not. ſi vis intrare illam hereditatẽ celeſtem: prohibe linguã tuã a malo iuramentoꝝ et maledictionũ. Et labia tua ne loquantᷓ doluꝫ cõtra proximũ: per inuidiã: detractioneꝫ ⁊c. Et ſic eritis ſecuri de illa gloria habẽda. Unde xp̄s dicit talibꝰ. Lu. xij. Nolite timere puſillus rex: quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum.

¶ De q̇nꝗ coronis reportãdis ex q̇nꝗ bellis: bonꝰ ⁊ ad oẽ ꝓpoſitũ. Ser. xiij.

DEdit illi corona*ꝫ* glĩe. Eccli. xliiij. In iſto ſermone volo vobis declarare q̄uo coronatᷓ aliq̇s ꝑ victorijs quas hꝫ in hoc mundo. Materia erit pulchra ⁊ vtilis ⁊c. Dedit illi ⁊c. Pro declaratione huiꝰ verbi ⁊ introductione materie: ſciatis bone gentes ſm̄ ꝙ inuenitur in ſcriptura ſacra. Nunꝗ fuit aliqua creatura a principio mũdi vſꝗ mõ: nec erit: que fuerit lucrata gloriã paradiſi: niſi per victoriã dei. Et hoc põt videri. Primo in angelis qui fuerunt creati in tanta multitudine: vt dicit btũs tho. i. par. q. l. ar. iij. ꝙ ſicut q̄titas continua corpoꝝ ſupceleſtiũ excedit oẽm cõtinuitatẽ inferiorẽ: ſic quãtitas diſcreta angeloꝝ oẽm quãtitatẽ diſcretam inferioreꝫ. Et fuerũt creati in celo: ſed nõ ſtatim habuerũt gloriã. Et ſm̄ doctrinã Gregorij Lucifer erat maximꝰ inter eos: q̇ incepit bellẽ: volens ſe deo parificare. Not. practicã ⁊ ſuã malã itentionẽ reuelauit alijs angelis. Et multi quaſi adulãtes ſicut faciũt ſerui dñis: conſenſerũt ⁊c. Sed michael oppoſuit ſe ⁊ gabriel: ⁊ alij angeli cõtradixerũt: dicẽdo ꝙ nõ erat iuſtũ velle parificari creatori. Ecce preliũ iceptũ. Apo. xij. Factũ eſt preliũ magnũ in celo, Michael ⁊ angeli eius preliabantur cuꝫ drachone. i. lucifero. Et dracho pugnabat ⁊ angeli eius: ⁊ nõ valuerũt. ſ. cõtra Michaelẽ ⁊ bonos: neꝗ locus coꝝ amplius inuentus eſt in celo. Deinde deus fecit hoiem in terra: ⁊ formauit in gratia ſed nõ in gloria: ſed oportuit eum per victoriam belli acquirere gloriã. Et lucifer qui fuerat victus in celo preliatus eſt cũ eo: ⁊ habuit victoriã: ⁊ Adam et Eua eiecti ſunt de paradiſo terreſtri. Sed poſt Adam ⁊ Eua bellãtes cum diabolo per penitentiam: finaliter habuerunt victoriam. Idẽ de filijs eoruꝫ ſcꝫ patriarchis prophetis apoſtolis: martyribus: doctoribus: confeſſoribus ⁊c. Oportuit etiam eos per victoriam belli gloriam acquirere: immo ipſe rex chriſtus habuit luctam

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
*Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.*

Biblioteca Valenciana

cũ diabolo: vt homo per victoriam belli paſſionis glĩam acq̃ſiuit. Lu.xxiiij. Nõ ne oportuit ſic xp̃m pati ⁊c. Arguit̃ i op poſitũ de pueris ſtatiz poſt baptiſmũ decedẽtib⁹: q2 nõ habuerũt vſum liberi arbitrij nec habuerũt p̃liũ nec victoriã: iõ videt̃ p̃dicta doctrina habere exceptionẽ in ipſis. R̃ndeo q̃ etiã illi intrãt ⁊ acquirũt gloriã paradiſi per victoriã belli nõ p̃prij ſed regis xp̃i. Dic ſilitudinẽ de rege obſidẽte ciuitatẽ ⁊ habẽte victoriã: q2 tã ipſe rex q̃ etiã coci ⁊ victuarij itrãt ciuitatẽ p victoriaz belli. Sic rex xp̃s in die veneris ſancta intrauit bellum ⁊ habuit victoriã: ⁊ cepit ciuitatez paradiſi. Que quinq̃ armis operũ ſpiritualium capi poteſt. De quibus ap̃ls. Ephes.vj. Accipite armaturam dei ⁊c.

Primo loricam iuſticie.
Scd̃o calciamenta pacis.
Tertio ſcutum fidei.
Quarto galeam ſalutis.
Quinto gladium ſpiritus.

Jõ nõ ſolũ ipſe rex xp̃s ⁊ milites ei⁹ ſancti: ſed etiã pueri p victoriã belli intrant paradiſum. Pt3 g̃ doctrina. Auto. Job. vij. Militia. i. bellũ eſt vita hoĩs ſup terrã ⁊ ſicut dies mercennarij dies ei⁹: q2 ſi bñ ſeruit habebit mercedẽ al's puniet̃. Sic ſi nos fortit̃ bñ ⁊ fidel'r militam⁹ ꝯ vitia ⁊ pctã ex tali victoria meremur coronã gl'ie. Si v'o ſum⁹ victi habebimus carcerẽ ⁊ cathenã iferni. Jõ ap̃ls.ij.Ti. ij. Labora ſicut bonus miles ieſu xp̃i ⁊c. De quolibet g̃ habente victoriã in hoc mũdo põt verificari p̃poſitũ thema: ſc3 Dedit illi coronã glorie: ſc3 deus in alio mũdo. Et ſicut ſunt q̃nq̃ p̃lia in hoc mũdo ſic ſunt q̃nq̃ corone gl'ie correſpõdẽtes de quib⁹ volo nũc predicare. B

Primũ p̃liũ eſt cõtra intellectũ p̃priũ de quo habetur victoria per ſimplicem credentiam.

Scd̃m eſt ꝯ p̃priam voluntatẽ humanam de quo habetur victoria per humilem obedientiam.

Tertiũ eſt ꝯ corp⁹ p̃priũ: de quo habet̃ victoria p veram continentiã.

Quartũ ꝯ totũ mũdũ. de quo habet̃ victoria per firmã patientiam.

Quintũ p̃liũ ꝯ diabolum. de quo habet̃ victoria p diuinã ſapientiã.

Dico primo q̃ habemus ⁊c. Sciatis q̃ intellect⁹ noſter naturaliter eſt talis ꝯditionis q̃ nõ ſtatim vult credere res mirabiles inuiſas: ⁊ inauditas quouſq̃ videat cãm vel rõnẽ ⁊ q̃rit ⁊ inueſtigat an̄q̃ aſſentiat firmiter. Nã dicit ph̃us q̃ p̃pter admirari ceperũt ph̃i philoſophari. i. rõnẽ inueſtigare vt q̃n videbãt eclypſim ſolis vel lune q̃rebãt rõnẽ. Jtẽ alia autoritas theologie Joan.iij. q̃n xp̃s dixit nicodemo. Amen amẽ dico tibi: niſi quis renat⁹ fuerit denuo vel ex aqua ⁊c. ille nõ ꝯſentiens ſed admirãs dixit. Q̃uo põt homo naſci cũ ſit ſenex. Qui poſtq̃ ſciuit rationẽ ⁊ itellexit naſci de vtero matris eccl'ie: cõſenſit ⁊ credidit. Nõ ſic eſt de reb⁹ fidei mirabilib⁹ q̃ ſunt ſupra rõnẽ naturalẽ ⁊ intellectũ. Ex q̃bus habemus p̃liũ cũ intellectu. Uerbi gratia. Q̃n vos auditis q̃ eſt vnus de⁹ ſimplex ⁊ omnino inuiſibilis: ⁊ q̃ ſunt tres perſone realiter diſtincte: quarum vna nõ eſt alia ſtatim intellectus de hoc admirãs dicit q̃uo poteſt hoc eſſe. Sed de hoc p̃lio habem⁹ victoriã p ſimplicẽ credentiaz dicentes. Dñe credo ex quo vos qui nõ poteſtis fallere nec falli dicitis. Nolo aliã rationem philoſophicã aut experiẽtiam. ℭ Unde ap̃ls.ij.Cor.ij. Deſtruẽtes omnem altitudinẽ extollientem ſe aduerſus ſciẽtiam dei: ⁊ in captiuitatẽ redigẽtes omnem intellectũ in obſequium xp̃i. Ex huiuſmodi victoria per ſimplicem credentiam meremur coronaz gl'ie. Non ſic de preſumptuoſis p̃pter ſuũ ingeniũ. Autoritas. Apo.xij. Mulier amicta ſole et luna ſub pedibus eius ⁊ in capite eius corona ſtellax̃ duodeciz. Hec autoritas ad litterã intelligit̃ de eccleſia. Allegorice de v̉gine maria. Tropologice de pſona q̃ triũphat per ſimplicẽ credentiã. Nã talis pſona ſimpl'r credens ſecreta fidei eſt mulier amicta ſole: ſc3 xp̃o ſole iuſticie ex claritate fidei quam ipſe p̃dicauit. Un̄ apoſtolus iſto ſole armatus dicebat.ij.Tim̃.j. Scio cui credidi ⁊ certus ſum. Et luna ideſt ſcientia philoſophie ſub pedibus eius ⁊ nõ ſuper caput quia in factis fidei null⁹ debet ſe regere per philoſophiã: cuius p̃ncipia ſunt cõ-

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



tra diuinā ſapiētiā. Qꝛ philoſophi ſunt ſicut ſeruitores q̄ neſciūt ſecreta vel ꝯſilia regis ſicut ꝯſiliarij q̄ intrant camerā ⁊c. Nec valet ꝯſequētia. Ancilla nō poſſet hoc facere: ergo nec dñā. Ideo apl's dicit Collo. ij. Uidete ne quis vos decipiat ꝑ philoſophiā ⁊ inanē fallaciā. i. logicam ſm rōnē hoim ⁊ ſm elemēta hui⁹ mūdi. id eſt artes liberales: ⁊ nō ſꝫ xpꝫ. Uide quō debēt legi. diſt. xxxvij. c. turbat. c. legim⁹. ⁊. c. ſiqs. Sequit̄ in Apoc. Et in capite ei⁹ corona ſtellaꝝ duodeciꝫ i. duodecim articulis fidei fabricata. Et ideo ſicut regina anq̄ꝫ coronet̄ debet tētare coronā. Sic ⁊ vos quotidie bis mane ⁊ ſero: dicere debetis. Credo genib⁹ flexis. Nota modū iuxta cōſiliū hiero. De iſto ꝓlio ⁊ ſimiliter de corona ⁊ triūpho dicit apl's. ij. Timo. iiij. Bonū certamen certaui: ſcilicet contra proprium intellectum: fidem ſeruaui firmiter credēdo. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticie ⁊c.

Dico ſcdo ꝙ ex bello ꝯ ꝓpriam voluntatē habetur victoria per humilē obedientiam. Pro cuius declaratione nota ꝙ deus fecit creaturas in triplici gradu.

Quaſdam que non habent liberum arbitrium.

Quaſdam que habent arbitrium: ſꝫ non liberum.

Quaſdā q̄ habent arbitriū liberū.

¶ Prime ſunt q̄ habent ſolū eſſe ſicut lapides ⁊ metalla q̄ nō habēt arbitriū ſed ſolū inclinationē ad ꝓpriū. ¶ Secunde ſunt q̄ habent viuere ⁊ ſentire vt aīalia bruta que habēt arbitriū ⁊ cognitioneꝫ: vel potius inſtinctū ſiue eſtimationem: vt patet in pullo vidēte miluū ⁊ in agno vidente lupū ⁊c. ſed nō habēt liberū: qꝛ dicūtur ⁊c. Uide beatū Thom̄. i. par. q. lxxxiij. ar. i. ¶ Tertie ſunt q̄ habēt liberū arbitriū: vt hoīes qui poſſunt facere quod appetūt: vel ad qđ inclinātur: vel oppoſitū. Uerbi gratia. de aliquib⁹ actibus ⁊c. Unde Eccli. xv. Deus ab initio conſtituit hoīem ⁊ reliquit illū in manu ꝯſilij. Adiecit mandata ⁊ precepta ſua. Si volueris mandata conſeruare cōſeruabunt te. Modo ita eſt ꝙ precepta dei reſtringūt noſtrū liberū arbitriū: vt ſi volumus habere coronā gl'ie faciam⁹ hoc ⁊ hoc. Itē ꝙ nō faciam⁹ hoc ⁊ hoc ex ꝑceptis negatiuis: ſed volūtas nr̄a ꝯdicit ecce preliū. Uerbigratia. De villa libera cui fit aliqua reſtrictio: q̄ ꝯdicit ⁊ nititur ad libertatē ⁊c. Sic eſt de mala voluntate. Unde niſi deus ꝑcepiſſet ade ⁊c. non comediſſet de ligno vetito. Sꝫ ꝓ defenſione libertatis mulier non potuit ſtare quouſqꝫ adaꝫ comedit. Et ſic intelligit̄ dictū apl'i Roma. v. Lex aūt ſubintrauit vt abundaret delictū. Nō cauſal'r: ſꝫ cōſecutiue tenet̄ ly vt: qꝛ ex inobedientia ⁊ malicia hois data lege ſecuta ſunt peccata: qꝛ natural'r voluntas eſt ꝯna rei q̄ ꝓhibetur ei. Sed qñ homo vult humiliari ꝓpter deū faciēdo ꝯ ſuā volūtatē: ſic triūphat ⁊ meret̄ coronā glorie. Uerbi grā dicēdo. Dñe ego ſum inclinatus ad ſupbiā: pompā ⁊ vanitatē: ſed q̄ vos precepiſtis oppoſitū: ſcꝫ humilitatē volo humil'r viuere magis faciendo veſtrā volūtatē q̄ꝫ meā: ⁊ ſic de alijs pctis ⁊ virtutib⁹ oppoſitis. De iſta victoria ⁊ corona dicit̄ Thobie. iij. Hoc habet ꝓ certo omnis qui colit te. qꝛ vita eius ſi in ꝓbatione fuerit coronabitur ⁊c.

Dico tertio ꝙ ē prelium ꝯ ꝓprium corpus in quo habet̄ victoria ꝑ verā continentiā. Pro cuius declaratione ſciatis ꝙ in hoīe ſunt due nature ſiue ſubſtantie. Prima eſt corp⁹ carnale de terra. Gen̄. ij. Formauit de⁹ hominem ⁊c. Ideo ſemꝑ trahit ad terrena. Scđa eſt aīa rōnalis ſpiritualis a deo creata de nihilo ⁊ corpori infuſa ad ipꝫ regendū. Non educit̄ aīa de potētia materie vt aīa bruti. Hec aūt anima rationalis natural'r trahit ſurſuꝫ: ideo ibi eſt ꝓlium. Gala. v. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: et ſpiritus aduerſus carnē ⁊c. Hoc ꝓliū nō eſt i alijs creaturꝫ nec in angelis: quia non habent corpora retrahentia: ſed ſunt ſpūales. ps. ciij. Facit angelos ſuos ſpūs ⁊c. quia vt flāma ignis aſcendūt. Bruta etiā nihil habēt de ſpiritualitate: ſed oīa in eis ſunt corporalia. ideo ſcriptura. Eccleſiaſtes. iij. Cūcta que ſunt ſub ſole. i. aīa bruti que nihil habet ſupra ſolē ſubiacēt vanitati.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



Nos vero hoies habemus vtrūq3: sc3 ſpiritū p quē ſumus ſimiles angelis: ⁊ corpus per qd̄ aſſimilamur brutis: ideo habemus prelium. Sicut qui eſt in tortura chorda trahit ſurſu3: ⁊ pondus lapidis deorſum. Sap. ix. Corpus qd̄ corrūpitur aggrauat ala3: ⁊ terrena inhabitatio deprimit ſenſum ⁊c. Sed habet triumphus per verā cōtinentiā alleuiādo onus corporis per pniā3. Sic anima habet victoriam de corpore: ⁊ homo viuit caſte. S3 multi faciūt oppoſitū nutriētes corpus in delitijs ⁊c. Ex hoc triūpho meret coronā glorie. De qua Sapien. iiij. O q̄3 pulchra eſt caſta generatio cum charitatē: immortalis eſt eīn memoria illius: qm̄ apud deū nota eſt et apud hoies: et in ppetuū coronata triumphat. Nota caſta generatio poteſt capi actiue p illis de matrimonio qui generāt: qr talis eſt pulchra ⁊ caſta: qm̄ ſeruāt fidelitatē mutuā ⁊ modū: vel paſſiue p illis qui ſunt de ſtatu ſpirituali qui generātur a chriſto in baptiſmo: vel in virginitate ⁊ caſtitate ⁊ de illo actu non curāt nec corde cogitādo: nec ore loquēdo: nec ope quouiſmodo faciendo. Nota cum charitate qm̄ amore dei viuūt caſte: ⁊ nō timore pdendi vitā vel fama3. Unde mulier que ſeruat caſtitatem propter timorē cito cadet ſi requirat: ſec9 ſi ex charitate. Alia tranſlatio habet cu3 claritate: qr aliqui ſunt caſti: ſed non cū claritate propter familiaritates vel mulieres quas tenent in domo: de quibus eſt mala opinio. Jō ad hoc videat decretalis de cohabitatione clericoꝝ ⁊ mulieru3 ⁊c. Si dicatis: Nō curo. Audite apoſtolum Rom. xij. Prouidētes bona non tm̄ corā deo: ſed etiam coram omnibus hominib9. Et .j. Theſſa. v. Ab omi ſpecie mala abſtinete vos ⁊c. Oportet ergo laborare pro victoria ⁊ corona ⁊c. F

**Dico quarto q̄ habemus** preliū ꝯ mundū iſtu3: ⁊ habet victoria p firmā patiētiā: hoc eſt cōtra mūdanos quoꝝ conditio eſt bellare contra illos qui tenent bonā vitā. Uerbi gratia Si aliquis religioſus ſit bene ribald9: nullus dicit ſibi aliquid: immo cōmēdatur a mundanis. Sed ſi ꝯuertat ad deū dicunt fatuus eſt. Dic idem de quolibet ſtatu hominum ⁊ mulieru3. Et iſtud eſt tam forte preliū q̄ eius timore multi ſunt qui nō audēt incipere bonā vitam. Unde apoſtolus .ij. Timo. iij. Omnes q̄ pie volūt viuere in chriſto ieſu: pſecutionē patientur. Sed habetur victoria p firmā patientiā exemplo xpi cogitādo quō in cruce deridebatur. Uah qui deſtruis templū dei ⁊c. Ite3 ſalua teipſum ⁊c. Et ſuſtinuit patienter vſq3 ad mortē. Jdeo debemus conſiderare eius exemplu3: vt dicit liberius papa in decreto. vij. q. j. c. ſuggeſtū. immo debem9 gaudere de talibus deriſionib9 ꝓpter meritū: qr ſic fabricatur corona glorie. Jō xps Matt. v. dicit. Beati eritis cū maledixerit vobis hoies ⁊ pſecuti ⁊c. De iſta corona dicit Jaco. j. Beatus vir qui ſuffert tentationē. ſ. mūdi qm̄ cū ꝓbatus fuerit accipiet coronā vite ⁊c. Hinc Greg. Abel eſſe renuit quē cayn malicia nō exercuit. Debemus ergo preliari ⁊c. G

**Dico quito de pre**lio ꝯ diabolū de quo habet victoria per ſapientiā diuinam. Jſte inimicus pura malicia bellat contra nos vt pdam9 illā gloriā nobis ꝓmiſſam a deo quā perdidit ſuo peccato. Facit ſicut lupus qui circuit gregem ⁊c. j. Petri. v. Aduerſarius veſter diabolus tanq̄3 leo rugiēs circuit querens quem deuoret ⁊c. Sed habem9 de eo victoriam per fidem ⁊ ſapientiam dei. Jdeo cui reſiſtite fortes in fide ⁊c. ſ. ſciat3 bene facere cruce3 ⁊ armetis vos contra eum. Oſtende modum faciendi crucem non in circuitu ⁊c. ſed recte et ex tranſuerſo integre. Unde Chriſo. homelia. xiij. de laude crucis. Si noſſe deſideras crucis virtutem ⁊c. Sequitur. Crux eſt aduerſus demōes: victoria ⁊c. Et certe ſi volumus bene pugnare auxilio diuino poterim9 triumphare. Quia vt dicit Ambroſius. xv. qō. j. c. Non eſt. Diabolus non poteſt habere ſeruum niſi volentem. Lucremur ergo coronā. De qua Apocalip. ij. Eſto fidelis vſq3 ad mortem et dabo tibi coronam vite. Nota eſto fidelis: ſcilicet faciendo ſignum crucis et non diaboli: vt habeas coronam vite. Amen.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

¶ De quadruplici morte ſm btm̄ Uincentiū. Et pluries in anno venit ad propoſitum ⁊c etiã qualibet ſexta feria qñ ſit de cruce. Sermo .xiiij.

Condēnabūt eū morte ⁊ tradēt eū. Matt. xx. Uolo vobis mō predicare de quattuor mortibus a quibus nos liberet xp̄s per meritum ſue paſſionis et mortis. Materia erit bona ⁊c. A Pro declaratione hui⁹ ṽbi iuxta intellectū quē volo tractare: ſciēdū ꝙ ſacra ſcriptura volēs declarare rationes ꝓpter quas mors venit: dicit Sap. j. Nolite zelare mortē in errore vite veſtre: neqʒ acquiratis perditionē in operibus manuū veſtrarū: quoniã deus nō fecit mortē: nec letatur in ꝑditione viuoꝝ. Et Sap. ij. Inuidia autē diaboli mors introiuit in orbem terrarū. Nota nolite zelare. i. nolite deſiderare. Nota de⁹ nō fecit mortē ſcʒ directe: ſed bene indirecte Sicut iudex non venit vt occidat: ſed qꝛ perſone ſunt male oportet indirecte vt occidat ⁊c. Sed iſta autoritas ſpiritualiter cogitetur ponit tres rationes quare mors venit.

Prima eſt inuidia diaboli.
Secūda error mulieris.
Tertia deordinatio hominis.

¶ De prima: qꝛ deus creauit hoīem vt poſſideret gloriã ⁊ cathedras quas mali angeli ꝑdiderūt: ideo inuiderunt hominibus ⁊ temptauerūt: cū vt dicit Augu. de peni. diſt. ij. c. pnceps. ex iſta inuidia venit mors. Et hec tangit̃ cū dicit̃. Inuidia diaboli ⁊c. id eſt per inuidiã diaboli. ¶ De ſecūda error mulieris fuit: quia poſtq̄ demon fuit ſibi locutus in ſerpente: ꝙ ex eſu fruct⁹ haberet ſcientiã ſimilē deo: ipſa fuit ſeducta: hoc credēs. Dicit magiſter in. ij. diſt. xxj. ꝙ mulier non horruit ſerpentē quia putauit ꝙ officiū loquendi a deo accepit. Ideo apoſtolus j. Tim. ij. Mulier in ꝑuaricatione ſeducta fuit. Et hec tangitur cū dicitur. Nolite zelare mortē in errore ⁊c. ¶ De tertia cauſa adam non fuit ſeductus: vt dicit ibidem apoſtolus: ſed deordinatus. Nam dicit Aug. ꝙ noluit cōtriſtare delicias ſuas ⁊ comedit. Ecce inordinatio ade: quia plus debuit cōplacere deo q̄ mulieri. Ideo dicit. Neqʒ acqratis ꝑditionem in opib⁹ manuū veſtrarū. Iſtis trib⁹ cauſis venit mors. Et de his dicit thema. Condēnabūt eū morte ⁊c. ſcʒ hominē. Iſta tria cōdēnant ad mortē quadruplicē: de quib⁹ dicit glo. ordinaria in ꝓlogis ſup Mat. Gen⁹ humanū quadrifida morte ꝑemptū erat. De his mortib⁹ volo ꝑdicare vt poſſim⁹ habere vitã ⁊c.

Prima eſt mors ſpiritualis: quã debemus totaliter fugere.

Secunda eſt mors corporalis cōtra quã debemus nobis prouidere.

Tertia eſt mors īfernalis quã debemus precauere.

Quarta eſt mors eternalis: quã debemus timere. B

Primã mortē ſpūalem debem⁹ totaliter fugere: q̄ eſt qñ homo peccat mortaliter: vt dicit Aug. xiij. de ciuitate dei. c. ij. Faciēdo contra ꝑceptū dei: cogitando: loquēdo: operando: omittēdo: tūc anima moritur modo ſuo perdens vitam ſpiritualē. ſ. lumen gratie quod dat vitã aīe: ⁊ remanet in corpore. Ideo quandocūq̄ homo vult delectari in aliquo debet cogitare an eſt cōtra dei ꝑceptum ⁊ legē: ⁊ ſi ſic nō faceret alīs facere pōt ex quo nō eſt peccatū. Iō pctm̄ dicitur mortale: qꝛ dat mortē aīe: vt dicit btūs Tho. in. ij. ſentē. diſti. xlij. arti. ij. Unde Augu. cōtra fauſtū diffiniēdo pctm̄ dicit. Peccatum eſt dictum vel factū vel cōcupitū ꝯtra legē dei. Itē ambro. lib. de paradiſo dicit. Peccatum eſt trāſgreſſio legis diuine ⁊ celeſtiū inobedientia ꝑceptoꝝ. Ueniale nō eſt contra ꝑceptū dei vt ex eo perdat̃ gratia vt comedere modicū plus ꝓpter bonitatē panis veniale eſt ⁊c. ⁊ ſic de alijs. Uide in decreto. diſtin. xxv. c. vnū orariū. Per oppoſitū ſi quis ordinat opa ſua ſm dei ꝑcepta eſt ibi vita anime. Ideo xp̄s Mat. xix. Si vis ad vitã ingredi ſerua mandata. Et Ioã. vj. Uerba que ego locut⁹ ſuʒ vobis ſpiritus ⁊ vita ſunt. De iſta morte ſpirituali autoritas. Jacobi. j. Peccatum cum cōſummatū fuerit generat mortem. Nota ꝙ eſt peccatum inchoatum mediatum ⁊ completum: vt dicit Greg.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

in decreto.diſtin.vj.c. Sed penſandum
et de peni.diſt.ij.c.Sicut tribꝰ.Inchoa=
tum eſt cogitatio:mediatũ eſt delectatio
completũ eſt cõſenſus.Dicit ergo pecca
tum cũ cõſummatũ fuerit ⁊c. Nõ dicit in
choatũ in cogitatione ſpeculatiue: quia
illud eſt aliquando ſolũ veniale: aliquã
do nullũ.Ideo dicit Ouidius in p̄io de
remedio amoris. Principijs obſta:ſero
medicina parat̃.Cũ mala per longas in
ualuere moras:mutando cogitationem
cogitando paſſionẽ xp̄i vel aliqđ aliđ bo
nũ:qꝛ vt dicit Hier.xxxij.q.v.ca.Si pau
lus.non poſſumꝰ ſeruare ꝙ cogitatiões
non veniant:ſed btũs ille p̄dicatur q̃ cũ
ceperint venire alidit paruulos ſuos ad
petrã.Petra aũt erat xp̄s.j.Cor.xj.dico
ꝙ debemus fugere iſtaꝫ morteꝫ ex toto.
Et de hoc dicã vobis exemplũ ſacre ſcri
pture qđ legitur Dañ.xiij.de Suſanna
pulchra corpore:ſed pulchriore in ani=
ma ⁊c.Iſta eſt grata ſocietas. Nota hi=
ſtoriam q̃ rñdit. Anguſtie ſunt mihi vn=
dicꝫ:⁊ quid eligã ignoro.Si eñ hoc ege
ro mors mihi eſt:ſi aũt non egero non ef
fugiam manꝰ veſtras.Sed meliꝰ eſt mi
hi abſꝫ opere.ſ.pc̄ti incidere in manus
veſtras q̃ peccare in cõſpectu dñi . No.
quõ fuit liberata ꝑ danielẽ.Breuiter re=
cipiatis exemplũ ⁊ doctrinam ab iſta no
bili ⁊ ſancta muliere eligẽdi citius mori
corpal̃r q̃ peccare ⁊ mori ſpũal̃r. Dicat
puella vel mulier.Martyrẽ me potes fa
cere nõ meretricẽ:ſicut recitat . Ambro.
de quadã v̾gine q̃ hoc dicebat.Iteꝫ pro
nullo lucro faciatꝫ aliqđ ꝯ legẽ dei quia
paꝝ lucrat̃ q̃ ꝑdit animã.Vñ Augu.Lu
crum in arca dãnum in conſcia.Et chri=
ſtus.Mat.xvj.Quid ꝓdeſt hoi ſi mũduꝫ
vniuerſuꝫ lucret̃:aie vero ſue detrimen=
tũ patiat̃.Itẽ ꝓ nulla re recurrere ad di
uinos ⁊ ſic de alijs.Iõ ſcriptura.Eccle.
xxj . Quaſi a facie colubri fuge peccata
et ſi acceſſeris ad illa ſuſcipient te. Den
tes leonis dentes eius interficiẽtes ani=
mas hominum. ¶

# Secundã mortem

que eſt corporalis debemꝰ p̄uidere ⁊ cõ=
tra eã ꝓuidere ⁊ nos diſponere:que eſt
quando aia ſeparat̃ a corpe.Corpꝰ mo
ritur ſed nõ aia quia immortalis eſt q̃ va
dit ad ſuũ receptaculum.Iſta mors ve=
nit ꝓpter primã:qꝛ niſi fuiſſet mors aie
ex peccato nunꝙ hoies fuiſſent mortui
corporaliter ſed fuiſſemus in paradiſo ꝑ
centũ annos vel tot a deo ordinatos et
deꝰ miſiſſet michaelẽ ⁊ ſine morte ⁊ ſene
ctute ⁊ dolore hoies fuiſſent ducti ab an
gelis in paradiſuꝫ celeſtẽ.Uide magr̃m
ſentẽtiaꝝ in.ij.di.xx. Et ſic fuiſſet factũ
quouſꝫ numerꝰ electoꝝ fuiſſet ꝯpletus
Geñ.ij. Precepit dñs ade dicens . Ex oĩ
ligno paradiſi comede:de ligno aũt ſcie
boni et mali ne comedas . In quocunꝫ
eñ comederis ex eo:morte morieris:ſcꝫ
morte ſpũali et conſequenter morte cor=
porali. Nõ ꝙ mortuus ſit illo die vt di=
cit Augu.ſuꝑ Geñ.ſed ſnia mortis incur
rit et mori cepit.Uñ ſi dicatur. Geñ.v.le
gitur ꝙ adam vixit nongentis triginta
annis. Rñdeo dupliciter. D

¶ Primo ꝙ differentia ẽ inter mori ⁊ eẽ
mortuũ:ſicut inter deſcendere ⁊ deſcen=
diſſe.Mori eſt ire ad mortem:ſed nondũ
mortui ſunt.Sic adam in die q̃ peccauit
incepit mori.ſ.ire ad mortẽ.Sic ⁊ nos ex
quo exiuꝰ de fonte vteri mr̃is currimus
ad mortem.Iõ dr̃.ij. Regũ.xiiij.Omnes
morimur et quaſi aque dilabimur in ter
rã.Iõ dicit morte morieris nõ dixit mor
tuus eris.Scđa rñſio morte morieris.i.
neceſſitatem moriẽdi habebis.Sicut fa=
cto ꝓceſſu et data ſnia ꝯ furem dr̃ mor=
tuus eſt factũ ꝓ eſt:et tñ aia adhuc ꝓ eſt in
corpe.ſed dr̃ ſic ex neceſſitate moriendi.
Sic de adã ⁊ de nobꝫ.Iõ aplˀs. Ro.viij.
Corpꝰ quidem mortuũ eſt propter pc̄m
ſcꝫ propter neceſſitatem irreuocabilem
moriendi.Dic exẽplũ ex hiſtoria barlaã
et ioſaphat de illo q̃ fugiens cecidit ⁊ te
nuit ſe ad arborẽ q̃ a duobꝰ muribꝰ cor=
rodebatur:quoꝝ vnꝰ niger:alter albus
⁊c. Talis in hoc ꝑiculo reputat̃ iã mor=
tuus.Sic dr̃ adã et nobꝫ oibꝰ.Adã ibat
alte in ſtatu innocẽtie:ſed ceſpitauit ⁊ ce
cidit in peccatum:⁊ retinuit ſe in ramo p̄
ſentis vite:que corroditur a duobꝰ muri
bus:albus eſt dies.niger:eſt nox:⁊ infe=
rius eſt infernꝰ. Iõ factũ eſt oportet mo=
ri p̄s.Quis eſt hõ.q̃ viuet ⁊ non videbit
mortem. E Moral̃r cõtra iſtã mor
tẽ dico ꝙ debemus ꝓuidere ſm̃ ſcriptu=
rã q̃ dicit Eccl.xviij. Ne demoreꝛ ĩ erro

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

re impioꝝ ante mortem ꝯfitere. A mor=
tuo quaſi nihil perit confeſſio. Confite=
beris viuens: viuus et ſanꝰ confiteberis
et laudabis deū et glorificaberis in mi=
ſerationibus eius. Nota impij ſiue im=
penitentes hñt in corde aliq̄s errores ſʒ
non audent dicere ore propter timorem.
Cogitant primo intra ſe. Et quid ſcit hō
de alia vita de paradiſo: de inferno ⁊c.
Cogitant ꝯ ea q̄ xp̄s dixit ⁊ p̄dicauit et
paulus qui vidit: ⁊ mortui q̄ ſurrexerunt
Dicit ergo ne demoreris in errore ipioꝝ
extra fidem. ¶ Secūdus error ip̄oruʒ eſt
nimis confidere de mia dei dicentium.
Marci vltimo ſcribitur. Qui crediderit ⁊
baptizatus fuerit ſaluus erit ⁊c. Jō nul=
lus chriſtianꝰ domnatur. Error eſt vti=
nam decia pars ſaluetur. Uñ eſſe xp̄ianū
et eſſe inobedientem deo: eſt ſicut de va=
ſalis q̄ dicunt dño. Credimꝰ ꝙ eſtis dñs
ſed nihil p̄cipiatis nobis ⁊c. Sic de mul
tis chriſtianis. Chriſtus precepit humi
litatem et ip̄i ſunt ſupbi: ⁊ ſic de alijs vir
tutibus ⁊ vitijs. Non ſitis in hoc errore
qꝛ deꝰ non ſolum vult credentiā ſed etiā
obedientiaʒ. Jaco. ij. Quid proderit fra
tres mei ſi fidē dicat quis ſe habere ope
ra autem non habeat. Nunquid poterit
fides ſaluare eum. q. d. nō Tertius error
eſt dicentium quādo ero ſenex ⁊c. religio
ſus: tunc ſeruabo regulam. Jdē de cleri=
cis ⁊ laicis. Jdē de mulieribꝰ ⁊c. ⁊ venit
mors ⁊ vadunt ad infernuʒ. Dicūt fatui
quando ero infirmus ⁊c. Nō dicit demō
ante ego impediam. Et quando debebit
confiteri faciet ip̄m dormire vt impediat
cōfeſſio ⁊c. Alia vice faciet eum ſudare.
Ecce quare: dicit ne demoreris in errore
impiorum ſed ante mortem confitere: vi
uus ⁊ ſanꝰ confiteberis quando ſcilicet
es in bono vſu rationis. Nota quomo=
do quolibet menſe deberent confiteri de
bono conſilio. F

## Tertiaʒ mortē que

eſt infernalis debemus precauere. Hec
mors eſt quando aia impenitens rece=
dit a corpore que non habuit contritio=
nem nec̄ confeſſionem: non remiſit iniu
rias: nō reſtituit aliena ⁊ bñ potuit: ſʒ no
luit ⁊ dimiſit in teſtamento: de q̄ nihil fit
Talis anima onerata peccatis cadit in
infernum. vt dicit. Berñ. Et illa dꝛ mors
qꝛ vt dicit Augu. xiij. de ciui. dei ſunt elō
gati a vita celeſti: et ruit in puteum mor
tis inferni ad inſtar mole grandis: ſicut
fuit reuelatum. Joan. Apoca. xviij. Hoc
impetu mittetur babylon. i. ꝑſona ꝯfuſa
peccatis plena. De iſta morte ps. xxxiij.
Mors peccatorum peſſima. Nota mors
peccatorum dꝛ primo mala: qꝛ ꝑdit hanc
vitam parentes amicos ⁊ bona omnia
temporalia. Secundo peior quia perdit
vitā celeſtem et ſocietatem angelorum ⁊
ſanctorum. Tertio peſſima: quia ꝑdit vi
ſionem dei ⁊ intrat tormenta intolerabi=
lia et viſiones demonum. Dico autē ꝙ
debemus vitare iſtam mortem ⁊ precaue
re. Si dicatur et quomodo. Nunq̄d ſcit
iam deus qui ſunt predeſtinati ⁊c. Quid
ergo opꝫ amplius facere. Reſpondeo.
Si facis bonum es predeſtinatus ⁊ ecō=
uerſo. Jō ſi tu vis euitare ne ſis de illis
caue a peccatis: ſic vitatur illa mors in=
fernalis: quia preſcientia dei non aufert
liberum arbitrium. vt dicit Augu. xxiij.
q. iiij. c. Nobuchodonoſor: nec cogit: im=
mo poſſumus vitare ſi volumus ꝑ liberꝝ
arbitriū recurrendo ad auxiliuʒ grē dei.
Auctoritas. Eccli. xv. Añ hoiem vita et
mors: bonum et malum qđ ei placuerit
dabit illi. Quaſi diceret. deꝰ poſuit duas
vias padiſi ⁊ inferni. Quilibet nrm dice
ret ꝙ vult ire ad padiſum. Et ꝑ quā viā
vaditis: dñe per viam ſuperbie ⁊c. Jlla
via eſt inferni ⁊c. Uia paradiſi eſt humi
litas ⁊ ſic de alijs. Qui vult ire romā nō
recipit viā anglie: qꝛ non ſic inueniretur.
Jō dicit. Ante hominem vita ⁊ mors bo
num ⁊ malum ⁊c. G

## Quarta ē mors per

petua ſiue eternalis: quam debemus ti=
mere. Et iſta differt ab infernali: que ſo=
lummō eſt in anima ſeparata a corpe: ſʒ
non erit ſic eternaliter. Sed in iudicio re
ſumet corpus ⁊ ſimul anima cum corpo
re ſtabit in inferno eternaliter. Ratio: qꝛ
ſemꝑ habebunt voluntatem peccandi. iō
ſemper durabit pena in ſecula ſeculorū.
Uñ Grego. de penitēn. diſt. j. voluiſſent.
Uoluiſſent iniqui ſi potuiſſent ſine fine
viuere vt potuiſſent ſine fine peccare oñ
dunt: quia in peccato ſemꝑ viuere cu

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

piunt: q̄ nunq̄ deſinunt peccare dũ viuũt. Ad magnã ergo iuſtitiã iudicantis ptinet vt nunq̄ careant ſupplicio: qui i hac vita nunq̄ voluerunt carere peccato. Et tamen nõ poterũt mori. Ũñ de iſta morte dicit Jo. Apo.xxj. Timidis autẽ ⁊ incredulis: ⁊ execratis: ⁊ homicidis: ⁊ fornicatorib⁹: ⁊ veneficis: ⁊ idolatris: ⁊ oib⁹ mẽdacibus: pars illoꝝ erit in ſtagno ardenti: igne ⁊ ſulphure: qḋ eſt ſcḋa mors. P Ubi ponit octo genera pctõꝝ. Primo timidis .ſ. faciendi pniam excuſando ſe confeſſori. Sed tñ poteſt corp⁹ q̄tum vult. Unde ps.xiij. Illic trepidauerũt timore vbi non erat timor. Scutiferi ⁊ alij pro vindicta vel predatione ibunt i eſta te ardenti ⁊c. Et q̄tũcunq̄ delicati abſtinebunt ab his que ſibi magis placent ꝑ ſanitate corporis: ſed pro anima non dimitterent pomum. Ũñ Greg. in moralis vt habeṫ diſt.xlvij.c.oẽs. Omnes huius ſeculi dilectores in rebus terrenis fortes ſunt in celeſtibus debiles ⁊c. Pars taliũ erit in ſtagno ignis. Nota mors ſcḋa ſcʒ alterius mundi: q̄ꝛ prime due ſunt i hoc mundo. vt dicit Aug.xiij.de ci.dei. Secundo incredulis .ſ. malis xp̄ianis q̄ dubitant de articulis: q̄ꝛ tales ſunt heretici vt oñdiṫ in decretali ti. de hereticis.ca. ad abolendam. Tertio dicit execratis .i. enormiter blaſphemãtib⁹: ⁊ turpiter de eo loquentib⁹: vel cũ execratione ſe diabolo cõmendantib⁹. Quarto homicidis quouis modo: voluntate: ꝯſilio: ope: malo exemplo vel perſuaſione. de pe. diſt.j. ca. noli. dicit Aug. Noli putare te nõ eẽ homicidã: q̄ꝛ nõ occidis. ſi eñ fratri tuo malũ pſuades: occidis .ſ. animã q̄tuʒ in te eſt. Dic de mulierib⁹ que occidunt pueros ad cooperiendũ pcm̃ ⁊c. Quinto fornicatorib⁹ ſcʒ mente ⁊ corpe: oſculis: tactibus: reſpectibus: ⁊ quõcũq̄. Sexto veneficis: q̄ vadunt ad diuinos: vel ad lr̃aʒ q̄ faciunt venena et dãt ⁊c. Septimo idolatris qui adorant ſolẽ: lunã ⁊c. Itẽ interpretatiue auari ſunt idolatre ⁊c. Non eñ debetis regratiari ſoli: nec lune: ſed deo q̄ dat oĩa ⁊c. I Octauo oĩbus mẽdacibus .i. oĩb⁹ pctõrib⁹: q̄ꝛ quoties hõ peccat: toties mentiṫ: faciẽdo ꝯ pmiſſionẽ ⁊ abrenũciationẽ factã in baptiſmo Ũñ dicit Ambro. vt hr̃ in decreto.xxij.q. v.c. cauete. Nõ ſolũ in falſis verbis: ſed etiam in ſimulatis operibus mendaciuʒ eſt. Mendaciũ nãq̄ eſt xp̄ianũ ſe dicere: et xp̄i opa non facere. Mendaciũ eſt epʒ ſacerdotem vel clericũ ſe profiteri: ⁊ contraria huic ordini operari ⁊c. Pars oĩm taliũ ẽ in ſtagno ⁊c. Jõ dico q̄ debemus abominari ⁊ timere iſtã mortẽ ⁊ dãnationem fugiendo. Ũñ eccleſia in perſona cuiuſlibet chriſtiani orat ⁊ dicit. Libera me dñe de morte eterna ⁊c.

¶ De perſeuerantia in bonis operibus omni tp̄e. ⁊ non ſolum in quadrageſima ſm beatiſſimũ Uincentium quẽ ſmoneʒ fecit in ſctõ Gildaſio in britãnia vbi eſt abbatia monachoꝝ: ⁊ fuit die ſanctoruʒ Tyburtij ⁊ Ualeriani feria quinta dñice prime poſt octa. paſche. Sermo.xv.

**Qui perſeuerauerit vſq̄ in finẽ: hĩ ſalu⁹ erit.** Mat.x. Q̄ꝛ aliq̄ ſimplices errant: dicentes q̄ ſolũ in quadrageſima eſt tenẽda bona vita. iõ nunc volo declarare quõ nõ ſolũ in quadrageſima: ſʒ oĩ tp̄e debem⁹ bñ viuere: ſʒ primo ſaluteṫ ṽgo maria. Qui pſeuerauit ⁊c. A Sctũs Gre. doctor excellẽs ſancte eccleſie volens declarare virtutẽ ⁊ ꝑfectionẽ bonoꝝ opeꝝ breuiter dicit ſic in homelia paſche. Uirtus boni operis perſeuerantia eſt. Rõ eſt. Dicũt geometri q̄ figura ſpherica nũq̄ eſt perfecta quouſq̄ circulus compleṫ in puncto a quo incepit vel quauſq̄ finis vnitur pricipio. Da exemplũ in manu per modũ de ꝯpaſſu. Sic xp̄s eſt principiũ ⁊ finis oĩm. Ũñ ipſe dicit Apo.j. Ego ſum alpha ⁊ o. Prima lr̃a alphabeti grecoꝝ eſt alpha: ⁊ vltima o. In alphabeto iudeoꝝ pria lr̃a aleph: ⁊ vltima thau: vult ergo dicere. Ego ſum alpha et o. i. ego ſum ꝑncipiũ ⁊ finis omnis boni. Si ergo xp̄s eſt principium bone vite. ideo in ipſo opʒ ẽẽ finire: q̄ꝛ oĩa ꝑ ipm̃ facta ſunt ⁊ ſine ipſo factũ eſt nihil Jo.j. al's modicũ eẽt inchoare bonã vitã niſi ꝯtinueṫ. Jõ dicit Greg. Uirtus boni operis pſeuerantia eſt: ꝑpterea dicit thema. Qui perſeuerauerit .ſ. de die in dieʒ: de ſeptimana in ſeptimanam: de menſe in menſem. de anno in annũ vſq̄ in fineʒ id eſt xp̄ʒ: ſalu⁹ erit. Ecce thema declara



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
*Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.*

Biblioteca Valenciana

tum. Or bone gentes amore vr̃i queſiui in ſcriptura ſacra quot ſunt in ſumma in quibus debemus perſeuerare vſq; in finem: et inueni ꝙ in tribus.

Primo operando bonum diligenter.
Scd̃o ſuſtinendo mala patiēter.
Tertio orando deum reuerenter.

Ergo ꝗ perſeuerauerit vſq; in finem in his trib⁹: hic ſaluus erit. Or videamus de ſingulis. B

Prio dico ꝙ debemus perſeuerare non ſolū in quadrageſima: ſed omni tempore operando bonū diligenter quilibet in ſuo ſtatu: vt ſacerdotes: religioſi: laici. Scitis vos ſacerdotes ꝗd debetis facere ⁊ ſeruare: diligēter ⁊ perſeueranter debetis officiare deuote: ꝯuerſari honeſte: celebrare digne. O qualis gloria eſt parata tali ſacerdoti. Religioſi ſeruetis regulā: vota obediētiam: paupertatē: caſtitatē: ⁊ cerimonias clauſtrales. O qualis gloria parata eſt tali religioſo. Laici decē precepta: dicā̄ breuiter: ⁊ talibus gloria magna eſt parata perſeuerando in bonis opibus vſq; in finem. Or audiatis bñ rationem bone gentes. Qñ aliqua aīa venit ad portā paradiſi: deus non dat ſibi gloriam ad certum tp̄s: ſcȝ pro vno menſe: vel anno vel viginti ⁊c. ſed dat ſine fine. Or vultis auctoritatem Matt. xxv. Ibunt iuſti in vitam eternā .i. ſine termino et fine. Iō ſm bonā rationē ſeruitium dȝ corrñdere ſalario: qr ſm ſalariū dȝ eſſe ſeruitium. Ex quo ego de⁹ dat glīam ꝗdiu erit de⁹ in ſecula ſeculoꝝ: ⁊ tu debes ei ſeruire ꝗdiu eris homo. Et iſta eſt bona ꝓportio. Or audiatis vnā pulchram auctoritateȝ xp̄i de iſta materia ⁊ de illis ꝗ faciūt oppoſitū: vbi ſunt duo ſecreta magna. Matthei. xxiiij. Qñ abundabit iniquitas: refrigeſcet charitas multorum. Qui aūt pſeuerauerit vſq; in finem: hic ſaluus erit Hic ſunt due clauſule. Prima qñ abundabit iniquitas ⁊c. Hec clauſula declarat quare multi nō perſeuerant in bona vita. Rñdet qñ abundabit iniquitas. iō refrigeſcet charitas multoꝝ. Uerbi grā In religioſis ꝗ anno nouitiat⁹ ſunt deuoti ⁊ ardentes ſeruando regulaȝ ⁊ cerimonias totaliter. ſȝ poſt ꝓfeſſionem vł modicū tp̄s refrigeſcit deuotio ⁊ charitas ac amor dei videndo iniquitatē aliorum ꝗ nō ſeruant regulā: ⁊ deridēt eū. Iō deficit a bona vita dicendo. O ego poſſum ita bene facere iſtud ſicut talis ⁊c. vł ſic faciūt alij. Ecce quō videndo mala ⁊ iniquitatē alioꝝ deſiſtit. Iō dicit xp̄s. Qñ abundabit iniquitas maloꝝ refrigeſcet charitas multoꝝ ꝗ tenebant bonā vitaȝ quā dimittunt videndo mala alioꝝ. Itē in ſacerdotibus nouis in deuotione ardentib⁹. dicūt deuote officiū: ieiunāt: nec volūt bibere p tabernas: nec ludere ad taxillos: ſicut eis inhibet̄ extra de vita ⁊ hone. cleri. c. clerici. ij. viuunt honeſte: ſȝ qñ abūdat malicia alioꝝ ⁊ iniquitas ſacerdotum tenentiū mala viā: ⁊ deridentiū bonos: refrigeſcit charitas bonoꝝ dicentium qñ vidēt alios malos. O ⁊ quare non tenebo concubinā ſicut talis? vel quare non poſſum facere iſtud ⁊c. Et ſic ꝓpter abundātiam iniquitatū maloꝝ refrigeſcit charitas bonoꝝ. Idē in laicis hoīb⁹ ⁊ mulierib⁹ ⁊c. Recte accidit talibus ſicut aq̄ feruenti in hyeme: que ſi ponat̄ ad aerē frigidū: ſtatim refrigeſcit et congelat̄: ſed ſi ſit iuxta ignē nō cōgelat̄ nec refrigeſcit. Sic de bonis pſonis deuotis ⁊ ardētib⁹ in charitate ⁊ amore dei inter malas pſonas refrigeſcūt a deuotione ⁊c. Sec⁹ ſi ſtāt iuxta ignē .ſ. xp̄m: ⁊ cū bonis ⁊ pfectiſ. Et ecce auctoritas que hoc dicit Hiere. xxx. Propter multitudinē iniquitatiſ tue: ⁊ ꝓpt dura pctā tua feci tibi hec. ⁊ loqt̄ xp̄ianitati. Sequitur. Qui aūt pſeuerauerit: nō curādo de deriſionib⁹ vel verbis iniurioſis: hic ſalu⁹ erit. Oportet ꝙ perſeueret. Un̄ ſi aliquis ſeruit xp̄o in bona vita cētū annis ⁊ p horā añ mortē dimittit bonā vitā: dānat̄: ⁊ perdit totū ſuitiū cētū ānoꝝ. ¶ Or mō eſt vnū argumētū in ꝯtriū. Si dicat̄. O mirū eſt ex defectu vni⁹ hore pdere ſuitiū centū annoꝝ. Nā certū eſt ꝙ nō ſic ē de ſeruitio dñoꝝ tpaliū: qr ſoluūt de tempore ſeruicij: ⁊ defalcāt de tpe quo nō ſuierunt: al's eſſet crudelitas: qr ſi ſeruierunt p vnū menſem: ſoluunt pro vno menſe. ſi per vnum annum: etiam pro tanto ſoluūt ⁊c. Quare ergo xp̄s nō ſic facit cum ſit ſumme miſericors? Quare dat dānationem ex defectu vni⁹ hore. Uidet̄ cru-

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

delis: qꝛ ſaltē deberet retribuere pro tpe illo quo hō ſuiuit. Rñdeo ꝙ eſt magna rō ⁊ iuſtitia ꝙ dānet̃ ⁊ puniatur hō ſi nō pſeueret vſq; in finē: ⁊ ſi toto tpe vite ſue ſeruierit xpo ⁊ deficiat in fine. Rationabile eſt ⁊ magna iuſtitia. Sꝫ ad hoc melius intelligēdū ſciatis bone gētes ꝙ ſemel fuit vn⁹ diues mercatoꝛ q̄ habebat pluſq; cētū milia ⁊c. Iuit ad nūdinas vbi emit p̄ciſiſſimas margaritas ⁊ lapides p̄cioſos: ⁊ pānos aureos ⁊ cetera hmōi. Et expoſuit in illis centū milia. Quibus emptis fecit de oībus illis vnū fardellū bñ ligatū ⁊ vocauit vnū hoīem cui dixit. Ecce ego feci iſtū fardellū in quo poſui oēs diuitias meas: ⁊ volo ire ad patriā meā: vis ipm portare vſq; ad domū meā. Rñdet hō libēter. Quot ſunt diete? Dicit mercatoꝛ decē. Oꝛ dicit ille hō. Uos dabitis mihi decē frācos: p qualibet dieta vnū. dicit mercatoꝛ. Placet mihi. Iſte recepit fardellū mercatoris ſup colluꝫ ⁊ pōderabat multū. Dum autē fuit in decima dieta ꝓpe domū mercatoris ad dimidiā leucā fardell⁹ excoriabat ſibi collū ⁊ nocebat in dorſo. o dixit. Iſte fardellus nocet mich: dimiſit eū ibi in vno cāpo: ⁊ iuit ad domū mercatoris. Et mercatoꝛ videns eū clamauit. Oy las ⁊ vbi eſt fardellus me⁹? Rñdit ille: Ecce ego portaui eū ꝓpe villā vſq; ad dimidiā leucā ⁊ dimiſi eū in vno cāpo ſoluatis mihi decē frācos. O traditoꝛ ribalde tu perdidiſti oīa bona mea q̄ erant in illo fardello Oy las quid faciam. Et accepit enſem ⁊ interfecit illū. Oꝛ dicatꝭ: debebat ſolui? Certe nō: immo meruit mortē: qꝛ dimiſit dū erat prope domum. Sic eſt de nobis Mercatoꝛ eſt xps q̄ venit de domo paradiſi ad nūdinas hui⁹ mūdi ad emendum aīas noſtras precioſas. Uñ loquit̃ mundo. Gen. xiiij. Da mihi aīas cetera tolle tibi. Et cōmittit fardellū bone vite plenum lapidibus precioſis illi quē tangit in corde vt bene viuat. Unde bñ viuere ⁊ operari ſunt opera dei ⁊ defect⁹ ſunt noſtri. Oꝛ vultis autoꝛitatē de hoc de veteri ⁊ nouo teſtamēto. Prio de veteri. Eſa. xxvi. Oīa opera nr̄a operatus es nobis dñe. Scdo de nouo apl's. i. Coꝛ. xii. Diuiſiōes operationū ſunt idem vero deus qui operatur oīa in oībus: nos ſolum ſumus inſtrumenta. Alia gratia eſt ieiunare: alia oꝛare: alia ꝯfiteri. Ideo dicit. Diuiſiones operationū ſunt. Et vult deus ꝙ fardellū bone vite portemus vſq; ad portā dom⁹ ſue paradiſi: q̄ porta dicitur mors hoīs: qꝛ nūq; aliquis p aliā portaꝫ niſi p mortē intrauit paradiſum. Pō. po. cxvii. Hec porta dñi iuſti intrabūt in eā. Nota dñi: qꝛ porta mortis eſt dñi actiue ⁊ paſſiue. Actiue qꝛ ipſe ſic oꝛdinauit: vt p mortē intremus. Autoꝛ. hebꝛe. x. Statutū eſt: ſupple a deo hoib⁹ ſemel moꝛi. Etiam dr̄ porta dñi paſſiue: quia ipſe habuit moꝛi. Luce vltimo. Nōne ſic opoꝛtuit pati xp̄m: ⁊ ita intrare in gloꝛiā ſuā. Et ꝓmiſit ꝙ quicūq; portaret fardelluꝫ bone vite vſq; ad iſtā portaꝫ mortis daret ſibi ſalarium non decem francoꝝ: ſed vnum regnū paradiſi ⁊ gloꝛiam eternaꝫ Autoꝛitas Mat. vij. Qui facit volūtatē patris mei qui in celis eſt: ipe intrabit in regnum celoꝝ. Amoꝛe huius ſalarij bona pſona portat fardellū bone vite: licet q̄nq; attedietur laboꝛe. tñ vt dicit Greg. Cōſideratio p̄mij minuit viꝫ flagelli. Si ergo per horā dimittitur ante mortē: nō poteſtis petere ſalariū: ſed meremini punitionē ⁊ damnationē ſicut ſeruus q̄ dānificat dñm ſuum ⁊c. Ideo chriſtus confoꝛtans nos dicit Mat. xi. Uenite ad me oēs qui laboꝛatis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiā vos. Tollite iugum meū ſup vos ⁊c. et inuenietis requiem animabus veſtris. Graui⁹ eſt certe onus male vite q̄ꝫ bone ⁊c. Pꝫ ergo q̄uō debemus perſeuerare in bono diligēter: qꝛ vt inq̄t xp̄s. Mat. x. ⁊ xxiiij. Qui perſeuerauerit vſq; in finem hic ſaluus erit. D

# Secundo debem⁹

pſeuerare portādo mala patient̃. Greg. ſup illo v̄bo. Luc. viij. ca. Fructū afferūt in patientia dicit. Nulla ſunt bona que agam⁹ niſi equo aīo mala ꝓximi toleremus. Sūt q̄dā q̄ ſtatim indignantur. Iō opoꝛtet patient̃ portare ⁊c. Et dicā vob rationē ⁊ auctoꝛitatē. Rō eſt talis. Sciatis ꝙ iſte mūd⁹ eſt ſicut mare fluctuās qꝛ vnda maris mō aſcendit alte mō baſſe vna contra aliā. Sic in hoc mundo q̄dā ſunt alti per proſperitatem vt domini: p̄lati magni: deinde baſſi per aduerſi-



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



tatē alicui⁹ infirmitatis:vel ꝑditiōis bonoꝝ vel amicoꝝ q̄ꝛ vt ait Boetius lib.ij. de cōſo.pſa quarta. Nemo eſt tam cōpoſite felicitatis:vt nō aliqua ex parte cu3 ſtat⁹ ſui qualitate rixet. Oy quales vñ. Nunq̄ in hoc mūdo pōt homo ſtare ſecure ꝛ quiete:ſicut mare qḋ ſemꝑ mouet. Quia ſi hō letatur mō:ſtatim triſtat. Si ſit in proſperitate ſtatim in aduerſitate. Oy quales tēpeſtas mar. Ideo Dauid ps.xcij. Mirabiles elatiōes maris.ſ. huius mūdi. Et iterū ps.ciij. Hoc ſc3 ſeculū mare magnu3 ꝛc. Sicut in mari null⁹ pōt diu nauigare ſine tempeſtate:ſic nec poſſum⁹ eſſe diu ſine aduerſitate. S3 ſicut boni naute nō deſiſtūt propter tēpeſtatē:ſed cauent a periculis rupis clamādo:gyra naue3 quia rupes eſt ibi. Alter dicit:o leua vela ꝛc. Sic nos in iſto magno viagio vite vſq ad portā paradiſi habem⁹ fortunas tēpeſtatis. ¶ Prima ab occaſione pctōꝝ inclinatiōe carnis et mūdi. O qualis tēpeſtas aie ꝛ carnis et mūdi. Iō vt naute portate malū patiēter nō ſolū in bono tpe qñ nō ſunt tētatiōes ſed etiā qñ veniū vel a carne vel mundo vel diabolo de fide ꝛc. Et tunc op3 abſtinere ꝛ ſe fortiter cuſtodire orādo:affligēdo ſe:ꝛ ad deū recurrendo vt det firmitatē in fide:q̄ꝛ de⁹ pōt iuuare. Et ſic qui pſeuerauerit vſq in finē hic ſalu⁹ erit. Or vultis autoritatē de hoc. Paulus ad hebreos.xij. In diſciplina perſeuerate. ¶ Tribulatiōes huius mūdi ab apl'o vocantur diſcipline. Ratio:q̄ꝛ ad inſtar diſcipline facte ſuntque habet ſex acus ſeu pūcturas. Et ſunt tres diſcipline. ꝛ quelibet h3 ſex pūcturas. Prima diſciplina eſt cōuerſio vera que habet ſex.

Prima eſt cordis contritio doloroſa.
Secunda confeſſio verecūda.
Tertia emendandi propoſitum.
Quarta q̄ multū pūgit eſt reſtitutio.
Quinta iniuriarum remiſſio.
Sexta fame reſtitutio.

¶ De qua Augu. Nō pigeat ex ipſo ore pferre medicamēta vñ facta ſunt vulnera de iſta diſciplina. ps.xvij. Diſciplina tua correxit me in finē:ſc3 de pctis ꝛ diſciplina tua ipſa me docebit:ſc3 bona opa. Scōa diſciplina eſt tribulatio naturaliter neceſſaria vt ſunt īfirmitates q̄ natural'r veniūt:nec poſſum⁹ eas vitare ꝛ h3 ſex pūcturas acutas.ſ.dolores capitis.

Prima eſt febris.
Secunda fames.
Tertia ſitis.
Quarta calor.
Quinta frigus.
Sexta eſt finalis mors.

¶ De iſta diſciplina dicit ſcriptura. Prouer.iij. Diſciplinā dñi fili mi ne abijcias nec deficias cū ab eo corriperis que3 em̄ diligit dñs:corripit. Ubi nota ꝙ infirmitates:dolores ꝛ miſerie humane dicunt diſcipline dñi:q̄ꝛ ipe dat ea. Rō ad corrigendū:iō ne abijcias ꝑ impatientia3 vel indignationē. Tertia diſciplina eſt perſecutio iniuſta ꝛ īria. Puncture ſunt nocumēta corporis ab aliquo inflicta bonorū:fame:amicoꝝ ꝛc. De hac diſcipla dicit apl's. Heb.xij. Oīs diſciplina in pñti quidē videt nō eſſe gaudij:ſed meroris poſtea aūt fructum pacatiſſimū exercitatis ꝑ eā reddet iuſtitie. Iō dicit apl's vbi ſupra. In diſciplina pſeuerate. Seq̄tur. Tanq̄ filijs vobis ſe offert deus. Unde ſicut cognoſcit pater qñ ſunt multi pueri faciētes aliquā ribaldariā:pater vidēs filium ſuū inter illos in platea ſolū caſtigat filiū ſuū dādo ſibi alapas nō curādo de alijs. Sic eſt ſignū filiationis dei qñ corrigit nos alapis tribulationū in platea hui⁹ mūdi. Secus de illis quos non corrigit ſignū eſt ꝙ nihil ſibi attinent vt dicit Greg. nec ꝑ grām nec ꝑ glāz ꝛc. ¶

**Tertio debem⁹ per**ſeuerare orādo deū reuerēter ꝛ hoc mane ꝛ ſero dic modū. vñ di.ſ.Tho.i.ſ.par. q.xxiij.ar.viij.in.ſ.ſenten.di.xli.art.iij. ꝙ etiā ꝓ predeſtinatis debēt orōnes fieri:ꝛ ponit exēplū de orōne beati Stephani ꝓ paulo. Et de Iſaac q̄ orauit ꝓ Jacobo adhuc in vtero matris exiſtēte ꝛc. Rō hui⁹ perſeuerantie in orōne eſt:q̄ꝛ di Iacobi.ſ. Oē datū optimū ꝛ oē donū pfectum deſurſum eſt deſcendens ꝛc. Nota optimū ſcil3 bona corpalia:q̄ bona ſunt in q̄tū ordinant ad ſuſtētationē corporis:meliora q̄ꝛ ꝓſunt ad remiſſionē peccatoꝝ ꝛ grā3 obtinēdā:optima q̄ꝛ ad gloriā eternā pducūt ꝑ opera miſericordie ꝛ alia. Nota omne donū pfectū quantu3

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.-

Biblioteca Valenciana



ad gratiã gratũ facientẽ ⁊ virtutes infuſas: de ſurſum eſt deſcedẽs ⁊c. ſcʒ ꝓ orõnẽ: quia orõ eſt quaſi canale ſeu via per quaʒ dona mie dei ⁊ corpalia ⁊ ſpũalia ad nos licet indignos deſcẽdũt. Lu. xj. c. Si pſeuerauerit pulſans .i. orãs dico vobis dabit ei quotquot hʒ neceſſarios Dic exẽplũ de pncipe latronũ q̃ q̃tidie mane ⁊ ſero reuerẽter dicebat ſalutationẽ angelicã. Et die qua dimitteret illaʒ diabolus deberet eũ portare infernũ ꝓpter mala q̃ faciebat. No. quõ heremita venit ad eũ et fecit vocari oẽs de domo ⁊ diabolus q̃ erat in forma hoĩs ſeruiẽs coquine p ſex annos expectãs qñ dimitteret orõnẽ illã angelicã ⁊c. vide ſcalam celi. Perſeueritis ergo in oratione ſicut Dauid qui dicebat pſalmo .lxv. Bñdictus deꝰ q̃ nõ amouit orationẽ meã ⁊ miſericordiam ſuã a me. Glo. Augu. Non amoueatur a te orõ tua ⁊ nõ amouebit a te miſericordia diuina. Amen.

¶ De fide ſm beatũ Vicẽtiũ: ſer. factꝰ in villa Guerrãdia in Britannia feria ſexta poſt Quaſi modo. Et poteſt fieri pluries in anno. Sermo .xvj.

Noli eſſe incredulus ſed fidelis Joan xx. Sermo noſter erit d̃ fundamento bone vite: ſcʒ de fide catholica. Sed pus ſalutẽt ṽgo maria ⁊c. A Pro declaratione ⁊ introductione materie predicande ſciendũ q̃ eſt doctrina cõis ⁊ certa in ſctã theologia q̃ a pncipio mundi ⁊ citra ſemper fuit neceſſariũ ꝓ ſaluatione habere aliquã fideʒ de deo ſine qua nullꝰ potuit vnq̃ habere hic gratiam dei: nec gloriã in alio mũdo. Sʒ diuerſimode fides fuit in gẽtibꝰ Nam tpe legis nature ab adam vſq̃ ad moyſen ſuffecit fides explicita q̃tum poteſt haberi itellectu naturali ſine libris et ſunt duo articuli. Primꝰ credere vnũ deũ: quia intellectu naturali hõ põt cognoſcere vnũ deũ ⁊ eſſe deũ. Sicut potẽtia alicuius dñi põt cognoſci p magnaʒ domũ p picturas ⁊c. Sic deꝰ per domũ iſtius mũdi põt cognoſci: q̄ mũdus nõ eſt factus p ſeipm ⁊c. Scõs articulus: q̃ deꝰ eſt retributor: q̄ naturalr hõ poteſt cognoſcere q̃ dñs domꝰ retribuit bonis ⁊ punit malos: q̄ deꝰ eſt iuſtus. Hi duo articuli ſemp fuerũt neceſſarij ad credẽdũ. Et ecce autoritas Heb. xj. Sine fide impoſſibile eſt quẽq̃ placere deo. Credere em̃ opʒ accedẽtẽ ad deũ q̃s eſt: ⁊ inquirẽtibꝰ ſe remunerator ſit. Et hoc oñdit btũs Tho. ij. ij. q. j. ar. vij. Q̄ em̃ deꝰ eſt iuſtꝰ retribuit bonis bõa. ⁊ malis punitionẽ. Tpe aũt legis moyſi quã deus dedit filijs iſrl̃ debuerũt habere maiorẽ fidẽ explicitã .ſ. credere tres articulos .ſ. duos pdictos ſcʒ vnũ deũ: ⁊ q̃ eſt retributor. ⁊ tertio q̃ deꝰ debebat mittere filiũ ſuũ ſaluatorẽ mũdi: q̄ clare fuit reuelatũ in lege ſcripture. Et hoc dicit Dauid. ps. cxlvij. Qui annunciat ṽbũ ſuuʒ Jacob. id eſt filiũ. de q̃ Jo. j. Uerbum caro factũ ẽ. Jacob ſcʒ. filijs iſrl̃. ⁊ iudicia ſua .ſ. ſecreta non manifeſtauit eis. Alia ſecreta nõ tenebant ſcire niſi magni literati: ſed rudes ſolũ iſta tria. Ex quo aũt venit lex gratie ⁊ xps. Oꝫ tenemur oĩa credere ⁊ plꝰ: ſcʒ duodecim articulos iã publicatos ⁊ declaratos in ecclia: ſcʒ q̃ deꝰ eſt creator oĩm: ⁊ q̃ incarnatꝰ eſt ⁊c. Et ecce quõ dicit ille doctor Athanaſiꝰ Quicũq̃ vult ſalꝰ eſſe ⁊c. Nota vniuerſalr quicunq̃ vult ſalꝰ eſſe: neceſſe eſt vt teneat catholicã fidẽ. Quã niſi q̃ſq̃ fideliter firmiterq̃ crediderit ſalꝰ eſſe nõ poterit. Et ante. Quã niſi q̃ſq̃ integraʒ inuiolatãq̃ ſeruauerit ⁊c. Si ergo fides eſt ita neceſſaria ad ſaluationẽ: noli eſſe incredulus ſʒ fidelis. Ecce thema qđ loquit cuilibet xpiano. Eſt aũt catholica fides credẽda a nob ⁊ ꝯfitẽda tripliciter.

Primo ſimpliciter ſine diſputatione.
Scđo integralr ſine diminutione.
Tertio firmiter ſine dubitatione.

Et pro quolibet dicit thema. Noli eſſe incredulus: ſed fidelis ⁊c. B

Dico primo q̃ debemus credere fidẽ catholicaʒ ſimplr ſine diſputatiõe vel ꝯdictiõe. Ille credit ſimpliciter q̃ ſolo verbo credit ſine iuro vel teſtibꝰ. Huc honorẽ debemꝰ xpo facere credẽdo ſibi ſimplr ⁊ ſuo ſimplici verbo ſine iuramento ⁊ demõſtratione: q̄ non põt falli nec fallere. Talis credentia eſt multũ neceſſaria ⁊ meritoria aĩe. Q̄ bone gẽtes audiatis rõnẽ. Q̄ veritates fi



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

dei ſunt altiſſime q̄ intellectu cōprehēdi
nō pñt: ideo oꝫ credere ſimpl'r ꝛ nō diſ-
putare. Uñ ſtultus eſſet cec⁹ volēs diſpu
tare de colorib⁹ quos nūq̄ vidit ſed opꝫ
ꝙ credat illud qđ dr ſibi al's ſi vellet po
nere i qōnē eēt fatu⁹. Sic nos ceci ſum⁹
qꝛ nūq̄ vidim⁹ ꝟitates fidei catholice:
iō ſine diſputatiōe opꝫ credere xp̄o q̄ vi
dit. Uñ dicit phs. ij. metaphi'ce. Sicut ſe
hꝫ ocul⁹ noctue ad lumen ſolis: ſic ſe hꝫ
intellect⁹ nr̄ ad māifeſtiſſima nature. Nō
eſt defect⁹ ſolis: qꝛ de ſe manifeſtat ſe: ſꝫ
defectus oculi noctue. Sic ꝟitates fidei
ſunt in ſe clariſſime. ſꝫ defect⁹ eſt intelle
ct⁹ nr̄i q̄ ꝯphēdere nō pōt: iō ſine diſpu-
tatione opꝫ credere xp̄o dicēdo. Ex quo
dn̄e dicitis mihi q̄ non poteſtis falli nec
fallere credo vobis. Et ecce qđ dicit ſa-
cra ſcriptura. Sap. iij. Qui ꝯfidūt in illo
intelligēt ꝟitatē: ꝛ fideles in dilectione
acq̄eſcēt illi. Nota q̄ ꝯfidūt ſcꝫ ꝙ de⁹ nō
pōt mētiri: in dilectione acq̄eſcēt. Nō di
cit in diſputatiōe: qꝛ qñ aliq̄s vult ſecuꝫ
diſputare diabol⁹ facit ſibi argumentū
qđ nō poterit ſoluere. Jō cadet ꝛc. Jō di
cit̄. xxiiij. q. j. c. qꝛ ꝙ ille nō pōt cognoſce
re deū q̄ nō tenet ſoliditatē fidei. Sunt
eñ q̄dā dicētes. O q̄uo pōt eē ꝙ xp̄s ſit
i tā parua hoſtia ha. ha. quare cogitas
hoc iā incipis errare ex quo vis diſputa
re. O q̄uo pōt fieri ꝙ vn⁹ de⁹ ſit tres pſo
ne. O q̄uo pōt fieri ꝙ de⁹ ſit icarnatus.
O. o. ex quo ponis te in diſputatione: ſta
tim cades a ꝟitate fidei. Jam diſputatū
eſt p ſanctos doctores. iō crede ſimpl'r ꝛ
noli diſputare. Credo dn̄e. Nolo argu-
menta. Nolo rōnes. ſꝫ credo ex quo vos
dicitis mihi. Jō paulus. ij. Cor. xj. Co-
rinthijs q̄ diſputabāt de fide de q̄ ſufficiē
ter iſtruxerat eos: ſcribit di. Timeo ne ſi
cut ſerpēs euā ſeduxit aſtutia ſua: ita cor
rumpātur ſenſus vr̄i ꝛ excidāt a ſimpli-
citate fidei q̄ eſt i xp̄o ieſu. ¶ Dic pra
ctice q̄uo eua diſputans cum ſerpente ce
cidit in dubitationeꝫ ꝛ in pctm̄. Gen. iij.
Dixit diabolus in forma ſerpētis. Cur
precepit vobis de⁹ vt nō comederetis ex
oi ligno paradiſi. Jſta fuit p̄ma queſtio
mundi. Rn̄dit eua. Ne forte moriamur.
Ecce quia voluit diſputare cecidit in du
bitationē: cum tñ de⁹ dixit: moriemini ſi
ne ꝯditiōe. Et diabolus. Nihil eſt. Ne-
quaq̄ moriemini ꝛc. Qꝛ debuit rn̄dere.
O ꝓditor ribalde vade ꝛ facis mihi que
ſtionē de volūtate dei. Recede: qꝛ nolo
diſputare de volūtate dn̄i mei. Ha iſto
mō nō fuiſſet decepta. Sic etiā vos de-
betis rn̄dere qōnibus q̄s facit diabolus
imaginationi veſtre de fide. O q̄uo pōt
fieri ꝙ p ſacerdotem peccatorē⁊ dictis
ꝟbis veniat xp̄s in hoſtiā ꝛc. Ecce quid
ponit diabolus in imaginatione. Jō re-
ſpondete. O ꝓditor nolo tecū diſputare
ꝛc. Sed credo firmiter ex quo dn̄s me⁹
ieſus xp̄s dixit mihi. Ecce q̄re dicit apl's
Timeo ne ſicut ꝛc. quia bone gētes ſiue
ſit bonus ſiue malus ſacerdos veraciter
conſecrat: ꝛ eſt ibi xp̄s: fili⁹ dei ꝛ ꝟginis
Marie. Moral'r. ſic multi ſunt increduli
ꝛ in hereſi ex diſputatōe fidei. Uerbi gra
tia. ¶ Primo vſurarij dicētes: quare
de mea pecunia quā ille tenet ꝛ lucratur
nō potero recipe vnū p decē vel ꝛc. A. a
Ecce error ꝯ fidē: qꝛ recipe etiā obolū p
mille florenis eſt manifeſta vſura. Unde
qñ dicis: mea pecunia. O traditor ribal
de tu nō es dn̄s quia oportet te reddere
rationē de oibus vſq̄ ad vnū obolū qua
liter habuiſti expēdiſti ꝛc. illi cuius ſunt
pecunie. Et quis eſt dn̄s. O ille de quo
ps. xxiij. Dn̄i eſt terra ꝛ plenitudo eius
ꝛc. Diuites enim ſunt diſpenſatores ſo-
lū ꝛ miniſtri ꝛ non domini. Qꝛ vultis au
toritatem. j. Corinthi. iiij. Sic nos exiſti
met homo vt miniſtros xp̄i ꝛ diſpēſato-
res. Non dicit dn̄os ſed miniſtros. ideo
diſpēſanda eſt pecunia ſm volūtatē dn̄i
ꝛ non aliter. Et ipſe dedit regulā ſm ſuā
volūtatē dicens. Deuter. xxiij. Nō fene
raberis fratri tuo ad vſurā pecuniā nec
fruges: nec quālibet aliā rem. Fratri au
tem tuo abſq̄ vſura id quo indigebit cō
modabis: vt benedicat tibi dn̄s de⁹ tu⁹
in omni opere tuo. Sed vſurari⁹ magis
confidit in inſtrumento falſi notarij q̄
dei: in quo ꝓmittit dare mille p decem.
Oy qualis vſura in omni tpe tuo. Jdeo
debet dicere diues pauperi. Ego cōmo-
dabo vobis decē ꝛ deus dabit mihi vſu
rā: quia ita dicit in ſuo inſtrumēto in oi
ope tuo ꝛc. Sed nolunt ꝯfidere in inſtru
mēto dei. Ecce defect⁹. Unde articulus
fidei eſt credere eccl'iam ſanctā catholi-
cā: q̄ determinat ꝙ vſura eſt pctm̄ mortꝭ

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

le: qr eſt ꝯ preceptum dei. Nõ furaberis
vide. xiiij. q. v. c. penale. Jõ cauete ne ſi-
tis heretici. Alij diffamant eccłiã di. ꝙ
papa diſpẽſat Oy q̃lis error. Nec ſctũs
petrus nec tota eccleſia vniuerſalis põt
diſpẽſare in vſura. qr eſt ꝯ deũ. Alij di-
cũt ꝙ ꝓ orphanis: viduis ⁊ hoſpitalibꝰ
põt fieri vt ſuſtẽtent. Error eſt: qr Rom.
iij. Nõ ſunt faciẽda mala vt eueniãt bo-
na. Alij de pecunijs vſure ẽdificãt capel
las. Oy maledicta capella. Meliꝰ eſſet
ſacerdoti qui ſeruit tali capelle ꝙ ſerui-
ret coquine. ¶ Scđo luxurioſi diſpu-
tãt. O quale pcm̃ eſt ſimplex fornicatio
qr nõ eſt maritata nec ego ⁊c. Oy here-
ſis eſt: vt dicit btũs Tho. in quolibeto
tertio. q. v. arti. ij. Et nunq̃d tu eſſes ꝓdi
tor ſi cum filia reg. dñi tui faceres hoc
⁊c. Sic. Nunq̃d tu es ꝓditor ⁊ facis ma
gnã iniuriã ꝯ dñm tuũ: cuiꝰ oẽs mulie-
res ſunt filie ⁊c. Jõ ſcriptura. Malach.
ij. Abominatio facta ẽ in iſrael. i. xp̄iani
tate: qr ꝯtaminauit iudas ſanctificatio-
nẽ dñi ⁊ habuerũt filiã dei alieni. Diſp-
det dñs virũ q̃ fecerit hoc magiſtrũ ⁊ di
ſcipulũ de tabernaculo iacob: ⁊ offerẽtẽ
munꝰ dño exercituũ. Nota dei alieni q̃
nõ ſunt veri ꝙ̃to magis qñ diſputant de
altiſſimis fidei eſt magnũ piculũ. F

Tertio q̃dã ꝑſumptuoſi reprobãt imagi
nes di. ꝙ ẽ idolatria. Ecce ignorãtia ex
qua cadũt in hereſim. Nã vt dicit ſctũs
Tho. ij. ij. q. xciiij. art. ij. imagines nõ ſũt
ad adorandũ: ſed ad repſentandũ res: ⁊
ſunt libri laicoꝝ. Unde qñ venimꝰ coraꝫ
imagine crucifixi nõ adoramus illã ima
gineꝫ ſimplr: ſed illud qđ repſentat: ⁊ ſic
de alijs. Uñ ſicut eẽt error remouere li-
bros clericis: ſic imagines laicis. Uñ in
veteri lege deꝰ pcepit ne fierẽt imagines
ſcꝫ ad adorandũ. Exo. xxvj. ſed bene ad
repreſentãdũ. Uñ deutero. v. Nõ facies
tibi ſcruptile: nec ſimilitudinem oim̃ q̃ in
celo ſunt deſuꝑ ⁊c. Nõ adorabis ea ⁊ nõ
coles. Nota nõ adorabis ſed repſenta-
bis. Unde ex precepto dei erant plures
imagines i tẽplo ſalomonis ꝙ̃ vnq̃ꝫ fue
rint in aliqua eccleſia xp̄ianoꝝ. Erãt eñ
ibi imagines leonũ ad repreſentanduꝫ
potentiã ⁊ virtutẽ dei. Erãt boues ad re
preſentandũ prouidẽtiam dei. Primus
aũt qui i nouo teſtamẽto fecit imagines
fuit chriſtus qui miſit imaginẽ facie ſue
regi Abagaro vt dicit Euſebius lib. i. c.
xviij. eccleſiaſtice hyſtorie. Et ſanctus
Tho. iij. ſentẽtiarũ diſtinctionẽ. ix. q. i.
art. ij. q. ij. ad tertiũ. Nota beatũ Tho.
quare fiũt imagines. ſ. ꝓpter tria. in ſecũ
da ſecũde. q. ciij. Dic quõ Leo impera-
tor fuit excõicatus ⁊ hereticus declara-
tus qr ꝯburebat imagines. vide in decre
to de cõſe. diſtin. iij. c. perlatũ. c. venera-
biles. c. Sextã ſanctã ſynodũ. G

Dico ſcđo ꝙ debe-
mus credere fidem catholicã plenarie ſi
ne diminutione. Uñ ꝯcluſio eſt thologie
beati Tho. ij. ij. q. v. arti. iij. ꝙ ſi aliquis
credit oẽs articulos fidei preter vnũ de
nullo articulorum habet fidẽ: ſed ſolum
opinionem. Ratio qm̃ oẽs articuli fidei
habent vnum fundamẽtum. ſcꝫ deum ⁊
veritatẽ diuinã que falli nec fallere po-
teſt. Qui ergo non credit vnũ articuluꝫ:
non credit fundamẽto quod eſt deꝰ ⁊ ve
ritas eterna: ⁊ ſic de nullo habet fidem.
Dic ſilitudinẽ ꝙ ſi ſuꝑ vnã rupeꝫ eſſent
fundate. xij. camere. Si rupes caderet
oẽs camere caderẽt: qr deſtructo funda
mento oĩa que ſunt deſuper deſtruũtur
⁊c. Sic de fundamento fidei. de quo apo
ſtolus. i. Cor. iij. Fundamẽtũ aliud ne
mo põt ponere ꝑter id qđ poſituꝫ eſt qđ
eſt xp̄s ieſus. Ideo oportet credere om
nes articulos ſine diminutione: qr vt di
citur. i. Cor. xiij. Charitas oĩa. ſ. neceſ-
ſaria credit. Et credẽdi ſunt magni arti
culi ſicut parui ⁊ ecõuerſo. Unde chriſtꝰ
Luce. xvj. Qui fidelis eſt in minimo: ⁊ i
maiori fidelis eſt Jõ ad ſeruandũ iſtam
fidelitatẽ fidei eſt ꝯſiliũ beati Hiero. ad
paulũ ab eccłia ſeruatũ ⁊ ab apl̃o com-
mẽdatũ dicere quolibet die mane ⁊ ſero
Credo ad inſtar militis qui facit homa
giũ regi. Ecce q̃d dicit apoſtolꝰ Roma-
no. x. Si ꝯfitearis in ore tuo dñm ieſuꝫ
⁊ in corde tuo credideris ꝙ deus illum
ſuſcitauit a mortuis ſaluus eris. Ultis
ratiõe quare oportet ꝙ dicat ⁊ cõfiteat
ore: qr al's ad iſtar cãdele extinguit niſi
poſſit reſpirare. Sic fides i corde ẽ ſicut
lucerna accẽſa. Ex vultis autoritatẽ Da
uid. ps. xvij. Qm̃ tu illumines lucernaꝫ
meam. i. credentiam. dñe deus meus il-



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



lumina tenebras meas ſcʒ ne cadā in errorē ꝯ fidē. Sed niſi reſpiret ore dicendo ꝛc. paulatim extinguit in corde. Jō apl's ij. Cor. xiij. Uoſmetipſos tētate. ſi eſtis in fide ipſi vos ꝓbate. Probat aūt ore cōfitēdo: quia tūc cor ꝯfirmat ſicut bacul⁹ qñ ꝑcutit forti⁹ in terra firmat. Sic dauid qui ſpū ꝓphetico ſciebat oēs articulos fidei etiā hūilr dicebat. ps. cxv. Credidi. ſ. corde ꝓpter qđ locut⁹ ſum. ſ. ore. Oy đđr qūo dicebat? O ego aūt hūiliatus ſuʒ nimis. Qui hoc ꝯſiliū diligenter ſuabit infallibilr ſaluabit ꝟtute fidei: q nō patiet ipʒ mori ſine ꝯtritiōe. Lu. vij. Fides tua te ſaluā fecit. Uade in pace. Dic de latrone crucifixo cū xpo. ꝟ

## Dico tertio ꝙ debe

mus credere fidē catholicā firmiter ſine dubitatiōe. Uñ certi⁹ debem⁹ credere articulos fidei ꝙ̄ illa q videmus oculis noſtris. Nō qꝛ ſenſus poſſunt decipi ex defectu aliquo obiecti vel ſubiecti vel medij vt ptʒ de viſu in ebrijs qbus videt ꝙ vn⁹ hō ſit duo ꝛc. De guſtu infirmis qb⁹ videt dulcia amara. vt dicit Aug. libro ꝯfeſſionū. Jō apl's. Jacobi. j. c. Poſtulet in fide nihil heſitans. Qui eñ heſitat ſimilis eſt fluctui maris q a vēto mouet ꝛ circūfert. Unde ſicut vnda agitatur ventis: ſic pſona q dubitat in fide agitat argumētis ꝛ rōnibus ꝛ nihil poteſt obtinere a deo: ſecus de fideli. vñ Apo. ij. Eſto fidelis vſqꝫ ad mortē ꝛ dabo tibi coronā vite. Fides eñ eſt tā fortiter tenenda ꝙ citius debet hō amittere famā bonā et vitā ꝙ̄ dimittere fidē. Unde ſi dicat alicui. Tu perdes bonā famā niſi dimittas fidem: debes dicere. Magis volo pdere famā ꝛc. Tu perdes bona tpalia: vltra tu pdes diuitias honores ꝛc. Ego citius volo oia illa pdere ꝙ̄ fidem domini mei ieſu xpi. Tu perdes manus pedes vxorem: filios ꝛc. ego malo oia pdere ꝛc. O tu perdes corp⁹ ꝛc. Ego non curo ꝛc. qꝛ vſqꝫ ad mortē incluſiue debes tenere fidem. O dñe ꝛ qđ dabitis nobis? Quid? Coronā vite. De qua apo. xij. Signum magnū apparuit in celo. Mulier amicta ſole ꝛ luna ſub pedib⁹ ei⁹ ꝛ in capite ei⁹ corona ſtellarū duodecim. Ad lrā intelligit de eccl'ia. Allegorice de ꝟgine maria. Tropologice de aīa beata ſm queʒ intellectū nō loquar. Hec mulier eſt qlibet aīa deo fidelis q dr iduta ſole. i. xpo de quo eccl'ia loquitur beate virgini. Ex te ortus eſt ſol iuſticie xps deus noſter. Que induitur per fideʒ verā. Et luna. i. philoſophia debet eſſe ſub pedibus aīe quo ad fideʒ: qꝛ qui vellet ſe gubernare in fide ſm pncipia philoſophie: ſtatiʒ caderet. Unde dicit vnum pncipiū phie: ꝙ multiplicatis ſuppoſitis multiplicantur eſſentie. Sʒ ponat extra ſub pede fidei: qꝛ non tenet hoc principium in creatore ſed bene in creaturis ſolū. Jtē aliud pncipiū phie. Finiti ad infinitū nulla eſt ꝓportio. Sed de⁹ ē infinitus ꝛ homo finitus: ergo nō potuit fieri incarnatio. Extra ꝓyciat ſub pedib⁹: quia phia in hoc non eſt vera: qꝛ de⁹ pōt facere. Jtē aliud principiū. Jmpoſſibile eſt deū mori: ergo de⁹ nō eſt crucifixus. Extra extra ſub pedibus. Jtem aliud: locus dʒ ꝓportionari locato: ergo in hoſtia cōſecrata nō eſt de⁹ cū ſit immēſus ꝛc. Foras ſub pedibus. Jteʒ aliud principiū. A pura priuatiōe ad habitū impoſſibilis eſt regreſſus: ergo xps nō reſurrexit. Foras foras Luna ſub pedib⁹ ꝛc. Or vultʒ autoritatē Apl'us dicit Collo. ij. videte ne qs vos decipiat p phiam ꝛ inanē fallaciā ſʒ traditionē hoim ſm elemēta hui⁹ mūdi: et nō ſm xpm. Nota fallaciā. i. logicā que arguit fallaciter. ¶ Si erga creditis ſine dubitatiōe in alio mūdo habebitis coronā ſtellarū duodecim. Sicut eñ ſūt duodeciʒ articuli fidei: ſic ē corona duodecim beatitudinū q correſpōdent. Corona eſt gloria ꝑpetua in qua ſunt duodecim btitudines q nō habēt finē. Tres ſtelle ante ad modū lapidū precioſoruʒ ſunt de beatiſſima trinitate.

Prima eſt credere deum patrem ꝛc.

Secunda eſt credere deū filium patri coequalem.

Tertia ſpiritūſanctuʒ a patre ꝛ filio procedentem.

Tres ſtelle a ſiniſtris ſunt.

Prima xpi incarnatio.

Secunda eius paſſio.

Tertia patrū ex libo iferni liberatio.

Tres autem ſtelle a dextris ſunt.

Prima ꝙ tertia die reſurrexit.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

Scda qꝫ ad celos aſcendit.
Tertia qꝫ eccleſiā gubernat virtute ſacramentoꝝ que diuiſit ꝛ inſtituit.
Tres ſtelle retro ſunt.
Prima qꝫ xp̄s venturus eſt iudex.
Scda qꝫ oēs hoies ꝛ mulieres reſurgēt
Tertia qꝫ oēs remunerabit ſm merita vel demerita.

¶ Ex his duodecim articulis correſpondēt.xij.beatitudines. Prima tētio. Scda viſio. Tertia fruitio. Quarta agilitas. Quinta impaſſibilitas. Sexta claritas. Septima ſubtilitas. Octaua ſecuritas. Nona bona aſſociatio. Decia deſiderij adimpletio. Undecima oim bonoꝝ adeptio. Duodecima ois timoris repulſio. Ecce quō fides btificat. Jō apl's.ij. Tim. iiij. Bonū certamē certaui: curſum cōſumaui: fidē ſeruaui: ſcꝫ in tribulationib⁹: tentationib⁹ ꝛc. Jō in reliquo. i. ꝑpetuo tp̄e repoſita eſt mihi corona iuſtitie ꝛc. Juſtitia em̄ dictat vt q̄ bn̄ ſeruauerit dicta iudicis remunereꝫ ꝛc. Seruem⁹ ḡ fidē dei nr̄i: per quā erim⁹ ꝑpetuo coronati in celis cū angelis ꝛ ſctis. Amen.

¶ De reſurrectione gnali. ſ. Uincētij ſermo habit⁹ cadoni i normania. Ser.xvij.

REſuſcitabo eū in nouiſſimo die. Jſtud v̄bū ſcribiꝫ. Joā.vj. Materia nr̄i ſmonis erit de reſurrectione gnali in die iudicij oim tā bonoꝝ q̄ maloꝝ: iuſtoꝝ ꝛ iniuſtoꝝ. Materia erit vtilis ad bn̄ ſe gubernādū. Sꝫ p̄mo ſaluteꝫ v̄go maria ꝛc. Reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. Jnter articulos fidei eſt vn⁹ de reſurrectione gnali: ſcꝫ vltim⁹. Carnis reſurrectionē ꝛc. Et de hoc dicā vobis duo Prio rōnē. A Scdo autoritatē: qꝛ bone gentes rō dat ſciam: ꝛ autoritas ꝯfirmat credētiā. Rō ḡ hui⁹ reſurrectiōis ē ex diuina iuſtitia: qꝛ xp̄s ſicut iudex iuſt⁹ vult remunerare bonos vel punire malos ſꝫ opa bona vel mala. Jta qꝫ nō ſolū reſpicit equitatē ꝛ equalitatē: ſꝫ etiā ꝯformitatem. De hoc autoritas Dauid. ps. lxj. Semel locut⁹ eſt deus duo hec audiui: qꝛ poteſtas dei eſt: ꝛ tibi dn̄e mīa: qꝛ tu reddis vnicuiqꝫ iuxta opa ſua. Dicit dauid qꝫ ſemel in ꝯſiſtorio ſctē trinitatis audiuit duas cōcluſiones. Prima qꝫ de⁹ potens eſt ad puniendū malos. Scda qꝫ eſt miſericors ad premiādū bonos: nō ſolū ſm opera: ſed etiā iuxta. Nā iuxta dicit modū ꝛ cōformitatē: qꝛ ſm qꝫ opus bonū vel malū erit pri⁹ vel poſteri⁹ ſm hoc premiabit vel puniet. Or modo videndū eſt qualr̄ fiunt bona opera vel mala. Nā fiunt primo ab aīa cogitādo: deliberando ordinādo: tractādo ꝛ deſiderādo verbigra. de bonis opib⁹. Primo aīa cogitat cōuerti ad deū. Cogitat cōfiteri ꝛc. Sic ꝛ ſic faciā. Totū hoc fit ab aīa anteq̄ ponaꝫ in executione per corpus vel anteq̄ fiant a corpore. Mat.xxvj. Spūs quidē prōptus eſt: caro autem infirma. Jō aīa prius mereꝫ. Sed in executione opis corpus laborat: vt ptꝫ orādo: flectit genua cōfitendo: affligēdo ſe per penitentiā ꝛc. Jō aīe bonoꝝ prius habēt gloriā q̄ corpora: qꝛ p̄mo faciunt opus bonum. Ubi ſunt aīe patriarchaꝝ: ꝓphetarū: aploꝝ: confeſſoꝝ: doctoꝝ: martyꝝ: virginuꝫ: penitētiū: innocentum: Jn paradiſo. Et th̄ corpora ſunt in terra putrefacta: ꝛ nōdū habēt ſuū premiū: qꝛ poſterius fecerunt bonū opus p executionē. Jdeo requirit diuina iuſtitia qꝫ etiā aſſociētur aīabus in gloria. Et ꝓpterea erit reſurrectio. Uide. b. Tho. in. iij. pte. q. lix. ar. v. ꝛ in. iiij. ſen. di. xliij. ar. j. q. j. vt. ſ. corpus ſimul cū aīa habeat gloriā. Jdē dicēdū de malis operibus. Primo fiunt ab aīa cogitādo: deſiderādo ꝛc. vtpꝫ de vindicta. O dicit aīa ſi ego poſſeꝫ reperire talē ꝛc. Et nōdum fit opus per corpus: ſꝫ qn̄ poniꝫ in executione: tūc corpus aſſociat ſe aīe faciendo opus vindicte. A mort. a mort ꝛc. cōſulēdo: percutiēdo ꝛc. Jdē de ſupbia: pōpa: auaritia: luxuria cuꝫ aliq̄ pulchra muliere ꝛc. Jō diuina iuſtitia requirit vt primo aīe habeāt penā: qꝛ primo fecerūt pctm̄ vt ptꝫ. Ubi eſt anima iude: pilati: ꝛ alioꝝ dānatoꝝ iā ſunt in inferno ꝛ tamē corpora ſunt adhuc in terra putrida. Sꝫ qꝛ corpora fuerūt aſſociata aīe in culpa per executionē: iō reſurgēt in iudicio: vt ſiꝫ aſſocienꝫ in pena. Or vultis autoritatem q̄ dicit oīa ſupradicta. Pau. ij. Coꝝ. v. Oēs nos manifeſtari opꝫ añ tribunal xp̄i vt referat vnuſquiſqꝫ ꝓpria corporis ꝓut geſſit ſiue bonū ſiue malū. Nota ꝓpria corpis nō dicit aīe: qꝛ iā hꝫ gl'iāꝫ vel

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

pena. Ptz ergo rõne ⁊ autoritate quare
erit reſurrectio. Jdeo ait xp̃s i themate.
Reſuſcitabo eũ.ſ.genus humanũ in no=
uiſſimo die. Si vultis ſcire practicã. xp̃s
declarauit nobis in vna autoritate. Jo.
v.dicẽs Nolite mirari hoc.q2 venit ho=
ra in qua oẽs qui in monumẽtis ſunt au
diẽt vocẽ filij dei ⁊ ꝓcedent q̃ bona fece
rũt in reſurrectionez vite:qui vero mala
egerũt in reſurrectionẽ iudicij. Ubi ſunt
tria puncta declaranda pro preſenti.

Primo remouet dubitationez de ip̃a
reſurrectione.

Scdo oſtẽdit tempus qd erit ex diui
na operatione.

Tertio declarat finez in bonoꝝ ⁊ ma
lorum retributione. B

## Primo ergo dicit

xp̃s. Nolite mirari hoc.ſ. de reſurrectiõe
gñali:hoc dicit q2 multi ſimplices ⁊ ru=
des mirant̃ dicẽtes:quõ poterũt reſurge
re icinerati ⁊ ꝯbuſti vl' comeſti a beſtijs
⁊ piſcibus ⁊c. Jdeo dicit xp̃s. Nolite mi
rari hoc:ꝙ creator reducat ⁊reformet in
tegrũ illud qd fuit. Nõ eſt mirũ. Nonne
argentarius de puluere argenti vel auri
reformat cupã vel taſſeaz:⁊ tñ nõ poteſt
facere ſine materia. Quid ergo mirum ſi
deus qui de nihilo cuncta creauit põt re
formare quod fuit. Sed mirandũ eſſet:ſi
talis reſurrectio fieret per naturam. Qd
ergo deus faciat non eſt mirũ. Nõ mira
batur. Job qui clari⁹ de reſurrectiõe lo=
cut⁹ eſt:vt dicit Hiero.ad paulinũ de oĩ
bus diuine hiſtorie libris.c.vij. Naz ip̃e
Job.c.xix.dicit. Scio ꝙ redẽptor me⁹ vi
uit: ⁊ i nouiſſimo die de terra ſurrectur⁹
ſum:⁊ rurſum circũdabor pelle mea:⁊ in
carne mea videbo deũ ſaluatorẽ meum.
Quẽ viſurus ſum ego ipſe ⁊ nõ ali⁹. Re
poſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo. Job
fuit ante incarnationẽ xp̃i pluſq̃ mille et
quingẽtis annis ⁊ dicebat. Scio ꝙ redẽ
ptor me⁹ viuit. Nota viuit.nõ inq̃tũ ho
mo:ergo inquantũ deus. Argumentũ in
ſolubile ꝯ iudeos. Et in nouiſſimo die
⁊c.nõ dicit ꝙ erit alius q̃ fuit ⁊c. ſz ego
ip̃e:q2 oĩa mẽbra reſurgent ⁊c. Etiã illa
ſancta mulier martha nõ mirabat̃ quan
do xp̃s dixit ſibi. Joã.xj. Reſurget frater
tuus. Reſpõdit. Scio quia reſurget in re
ſurrectiõe in nouiſſimo die. Dic q̃o om
nia corpora hominũ niſi ſint priuilegiati
incinerabunt̃ ante finem mũdi per ignis
cõflagrationem vt oſtendit beat⁹ Tho.
in.iiij.ſen.diſt.xliij. arti.iiij.q.ij. Omnia
autem illa fient diuina virtute:ergo noli
te mirari hoc ⁊c.

## Scdo dicit chriſtus

q2 venit hora. Nõ dicit venit ãnus venit
mẽſis:venit ſeptimana vel dies:ſz venit
hora in q̃ oẽs qui in monumẽtis ſunt au
diẽt vocẽ filij dei. Ubi nota primo quod
illa reſurrectio fiet in hora:immo in mo=
mento qd eſt.xl.pars hore. Unde ap̃ls.j.
Coꝝ.xv. Ecce myſteriũ vobis dico: oẽs
quidẽ reſurgemus:ſed nõ oẽs imutabi=
mur in momẽto.in ictu oculi: in nouiſſi=
ma tuba. xp̃s dicit hora.⁊ Paulus mo=
mentũ. Cõcordat̃ ſic:q2 xp̃s loquẽs iu=
deis rudib⁹:ideo loquebat̃ ꝑm cõem mo
duz loquẽdi:q2 q̃n aliq̃d fit ſubito cõiter
dicitur. Jſtud fit in hora ſtatim. Paulus
vero loquẽs ꝓhis ſubtilibus loquebat̃
magis ſtricte. Uñ in illa reſurrectione in
momẽto.i.xl.parte hore fiet cõgregatio
corporũ ⁊ mẽbroꝝ. Sz in ictu oculi ſicut
obiectũ ad potentiã erit informatio aĩa=
rũ:q2 in inſtãti in momẽto fiet cõgrega=
tio membroꝝ ⁊ in ictu oculi aĩe informa
bũt corpora. No.in nouiſſima tuba. Nõ
intelligatis ꝙ ſit de aliqua materia: ſed
illa vox. Surgite mortui venite ad iudi=
ciuz propter terribilitatẽ ſui ſoni dicitur
tuba:q̃ vox dĩ filij dei imperatiue ⁊ ꝓn
cipaliter:⁊ michaelis executiue ⁊ inſtru
mẽtal'r Beatus tho.in.iiij.ſent.di. xliij.
art.iij.q.iij.dicit ꝙ erit vox xp̃i vel appa
ritio ei⁹. Jdeo ap̃ls dicit.j. Theſſal'.iiij.
Hoc enim vobis dicimus in verbo do=
mini:q2 nos qui viuim⁹ qui reſidui ſum⁹
in aduẽtu dñi nõ ꝑueniem⁹ eos qui dor=
mierunt:hoc eſt nõ erimus citius reſuſci
tati q̃ illi qui iaz ſunt defuncti. Quoniã
ip̃e dñs in iuſſu ⁊ in voce archangeli ⁊ in
tuba dei deſcẽdet de celo ⁊ mortui qui in
xp̃o ſunt reſurgẽt primi.i.ꝑncipaliores ⁊
digniores. Moral'r cogitate quẽ timen=
da eſt illa dies iudicij. Hiero. de ſe dicit
ſup Matth. Siue comedam ſiue bibam
ſiue aliud faciã:ſemper videtur mihi ſo=
nare in auribus meis illa terribilis tuba

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Surgite mortui: venite ad iudicium ꝛc.
Dic practice. Ecce ſcti hoīes de quo co=
gitabant et timebāt: et vos quid cogita=
tis de taberna: quoquina: lupanari frau
dibus: vidictis ꝛc. Recte vadimus ad in
fernum. ſicut capre ad macellū. Cū tamē
Adam diceret. Geñ. iij. Uocem tuā dñe
audiui ⁊ timui eo ꝙ nudus eſſem. ſ. bo=
nis operibus: et tamen non fecerat niſi
vnum peccatum gule: quanto magis de
bes tu timere q̄ tot pctā feciſti ꝛc.

Tertio chriſtus di
cit. Et ꝓcedent qui bona fecerūt ꝛc. Dic
quō oēs reſurgemus in etate. xxxiij. an=
noꝝ ſicut xps. Uñ adā qui vixit nongen
tis. xxx. annis reſurget in etate. xxxiij. an
noꝝ. Puer etiam vni⁹ hore ꝛc. Dic de oi
bus. Uult ꝫ auctoritatē: Apl's ad Ephe.
iiij. Occurrem⁹ oēs ī vnitatē fidei ⁊ agni
tionis filij dei in viꝝ perfectum: in men=
ſuram etatis plenitudinis xpi. Etiā pue
ri in vtero mortui. Boni autem reſur=
gent ſine aliqua difformitate: intātū ꝙ
ſi mō poſſet videri vnum corp⁹ glorioſuꝫ
nolletis comedere. Oy reſpicite ꝛc. Et
hoc requirit diuina iuſtitia. Ex quo ſciue
runt bene gubernare corp⁹ ſuū in caſtita
te ꝛc. rōnabile eſt vt reſurgat glorioſuꝫ.
Dic quō quilibet vult habere equū ſuuꝫ
vel aſinum caſtum: ſꝫ non ſeipſuꝫ. Et iſti
glorioſi cantabunt vnam cantilenaꝫ ſcri
ptam Eſa. lxj. Gaudens gaudebo in do
mino: ⁊ exultabit anima mea in deo meo
quia induit me veſtimentis ſalutis: ⁊ in
dumento iuſtitie circundedit me: quaſi
ſponſum decoratum corona: ⁊ quaſi ſpō
ſam ornatam monilibus ſuis. Ad inſtar
nobilis ſponſe qñ recipit precioſam ve=
ſtem ornatam lapidibus precioſis ⁊ co=
ronā ſibi a ſponſo ſuo miſſam: ⁊ reſpicit
ſe vndiqꝫ. Oy tam pulchra veſtis ꝛc. Et
ſemper ſtabunt in illa gloria ⁊ etate ſine
dolore ꝛc. Quantum ergo eſt laborandū
pro tanta gloria: qñ pro modica remune
ratione regis milites tm̄ laborant: ⁊ ex=
ponunt ſe morti: Sed iſta glorioſa reſur
rectione non reſurgent impij in iudicio:
vt dicit dauid: ſed nigri: fetidi: doloroſi
a capite vſqꝫ ad pedes ſic recipient cor=
pora ſua. Uñ ſi hic eſſet vnum corp⁹ ali=
cuius dānati eſſet tantus fetor ꝙ ſentire
tur vſqꝫ ad Pariſios. Oy quō feret. Cer
te vt dicit xps de iuda. Bonū erat ei ſi na
tus nō fuiſſet homo ille. Mat. xxvj. Tūc
dicet aīa dānata clamādo qñ oportebit
eam ingredi illud corpus fetidiſſimuꝫ ⁊
ardentiſſimuꝫ et horribile. Oy las infe=
lix ego quis me liberabit ð corpore mor
tis huius: Ro. vij. Et hoc requirit diuia
iuſtitia: quia male ſe gubernauerunt in
hac vita cum luxuria: ebrietate: blaſphe
mijs ꝛc. Rationabile eſt vt induant cor=
pus fetidū deforme ꝛc. Uñ apl's Gal. vj.
Qui ſeminat in carne ſua: de carne et me=
tet corruptionē ꝛc. Cōſulo ergo vt bñ re
gatis corpora veſtra cum ſobrietate: ca=
ſtitate ꝛc. quia tunc chriſtus reſuſcitabit
vos in gloria ſecum ꝛc. Amen

¶ Habes in hoc volumine humaniſſime
lector ſermones diui Uincentij ordinis
predicatorū: declamatoris ſua etate (pa
ce omnium dixerim) longe preſtātiſſimi
iam de nouo excuſos diligentia ⁊ impen
ſis ſolertiſſimi viri Simonis vincent cū
eiuſdem diui Uincentij quibuſdam alijs
ſermonibus additis: quos ſi gratos eſſe
cognouerit: reliquos ſingulari doctrina
refertos impreſſurus eſt: quos haud mi
diocri labore in vnum collegit: ⁊ diligen
ter recognouit pie memorie frater Simō
bertherij ordinis predicatoruꝫ ſacre pa
gine profeſſor benemeritus. Impreſſos
Lugduni per Benedictū Bounyn. An=
no dñi. M. ccccc. xxv. Die vero. xj. men=
ſis Januarij.

¶ Regiſtrum huius partis.

AAA BBB CCC DDD EEE
FFF GGG HHH III KKK LLL
MMM NNN OOO PPP QQQ
RRR SSS TTT UUU XXX YYY
ZZZ Omnes ſunt quaterni preter
ꝫꝫꝫ qui eſt ternus.

Biblioteca Valenciana

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

qui male agit odit ~~lucem. amen~~

Sed si non esset perfectus quilibet esset

[illegible]

[illegible]




Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
*Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.*